SYSTEMA IURIUM CORPORIS EUANGELICI.

AUCTORE

D. ERNESTO LUDOVICO POSSELT.

ARGENTORATI
SUMTIBUS BIBLIOPOLII ACADEMICI.
MDCCLXXXVI.

Digitized by Google

VA1
1516941

Digitized by Google

LECTORI.

Qui vnicum hucuſque laboribus meis praemium ſtatui, vt, quae forte ſcripſiſſem, probari eruditis viris cognoſcerem, idem nunc opus adgreſſus, quod exercere copioſiſſimam doctrinam poſſit, quo ſucceſſu id a me tractatum iudicaturi ſint intelligentes arbitri, vehementer (quid enim diffitear?) ſcire cupio. Nam quum primus omnium hoc tantum oneris ſubire non dubitarim, aliqua laude dignus vel propter id ipſum fuerim. Dein qui magnum aliquid efficere ſtudet, etiamſi labatur, tamen, quod generoſis auſis excidit, ornandus honore magis videtur quam is, cuius tutior quidem, ſed vulgaris ac pertrita via eſt. Ceterum de difficultate ipſa ſuſcepti operis praefari ſuperuacaneum duco, quam ſane nemo erit, quin ſtatim perſpiciat.

Hoc vnum moneo, alieniſſimum fuiſſe ab inſtituti ratione, ſingulis in materiis prolixius ea quoque perſequi, quae ſpectarent vel ad formam

ac ritus externos, vel ad conuellendas obiectiones cunctas, ab auctoribus catholicis motas, quae et infinitae ſunt et non raro ieiunae, ac plerumque per ſolam ſententiae, quam ipſi fouemus, explicationem ſatis tolluntur.

In adnotationibus libentiſſime actorum publicorum fide vſus ſum, quoniam id potiſſimum egi, vt Corpus Euangelicorum tale ſiſterem, quale illud ipſum in omni parte non immerito vult haberi. Magno adiumento id agenti eſſe potuit, ſi quidem iam edita fuiſſet, SCHAUROTHIANAE *collectionis continuatio*, quam parat amicus noſter, V. Cl. NICOL. AUG. HERRICH. 1) Scripſi Carolsruhae ipſis Calendis Septembris anno MDCCLXXXV.

1) Sequenti titulo vſurus: Sammlung aller *Concluſorum*, Schreiben und anderer Verhandlungen des hochpreißlichen *Corporis Euangelicorum* vom Jahr 1753. bis 1785. als eine Fortſezung des Schaurothiſchen Werks, nach Ordnung der Materien zuſammengetragen und herausgegeben von Nikolaus Auguſt Herrich.

OECONOMIA LIBELLI.

A. Prooemium. Plerumque aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda prouenire, confirmat hiſtoria Germaniae recentior. (§. I.) Nam per ſe nihil optabilius fuit ſacrorum emendatione, (§. II.) ſed eadem atrociſſima bella concitauit, (§. III.) quae tamen ſequuta eſt pax Weſtphalica (§. IV.) cuius beneficio religionis vtriusque ſtatus egregie compoſitus (§. V.) ipſumque Corpus Euangelicorum ita perpolitum, (§. VI.) vt pretium ſit operae, iurium, quibus fruitur, proprium aliquod ſyſtema efformare (§. VII.) quod qua optime ratione fiat, paucis praemonetur. (§. VIII.)

B. Tractatio ipſa.

I. Caput primum: de qualitate legitima Corporis Euangelici, (*§. I.*) *quae ſpectatur*

a. Quoad appellationem (§. II.)

1. *Corporis. (§. III. — V.)*

2. *Euangelicorum. (§. VI.)*

b. Quoad rem ipſam. (§. VII.) Nimirum iuſtam eſſe Corporis Euangelici indolem

1. *Ipſa eius natura docet*, (§. VIII.) *in qua probatione ſi quis acquieſcere nolit* (§. IX.) *plurima ſequuntur*

2. *Argumenta*, *ex ipſis legibus imperii ducta*, *videlicet*

   1. *Ex iure foederum*, *proceribus imperii vniuerſis atque ſingulis competente.* (§. X.)

   2. *Ex iure conuentuum*, *quo iidem gaudent.* (§. XI.)

   3. *Ex multis tabularum pacis Weſtphalicae locis.* (§. XII.)

   quibus accedit

3. *Continuus ac diuturnus vſus*, *quo agnitum firmatumque eſt Corpus tam Euangelicorum*, (§. XIII.) *quam Catholicorum etiam.* (§. XIV.)

II. *Caput ſecundum* : de iuribus Corporis Euangelici.

Iura Corpori Euangelicorum competentia

a. *Ipſa natura cuiusuis corporis liciti nituntur*, *ac eius*, *inprimis*, *quod ordines imperii conſtituunt.* (§. I. — II.)

1. *Ad interiorem Corporis oeconomiam ſpectant* (§. *III.*) *e quibus ſunt*

  1. *Ius deliberandi.* (§. *IV* -- *VII.*)

  2. *Ius concludendi.* (§. *VIII.* --- *XI.*)

  3. *Ius directorii.* (§. *XII* --- *XV.*)

  4. *Ius conuentuum.* (§. *XVI. XVII.*)

2. *Ad exteros quoque, ſeu qui non ſunt de corpore, exercitium eorum porrigitur, quibus accenſenda ſunt*

  1. *Ius intercedendi.* (§. *XVIII.* --- *XXII.*)

  2. *Ius legationum.* (*XXIII.* --- *XXV.*)

. *Leges imperii vſumque publicum fundamenta ſui habent, atque comparata ſunt ad vim et auctoritatem Corpori Euangelico praeſtandam* (§. *XXVI.*)

1. *In praeſens* (§. *XXVII.*) *e quibus praecipuum eſt*

  1. *Ius mutuae exactaeque inter ipſum et Corpus Catholicorum*

aequalitatis (§. XXVIII. XXXIX. *cui coniunctiſſimum eſt*

2. *Ius eundi in partes*; *illud rei euangelicae palladium*, (§. XXX. XXXI.) *ſed propter hoc ipſum in plurimas quaeſtiones diſtractum.* (§. XXXI. — XXXV.)


2. *In futurum quoque* (XXXVI.)

1. *Generatim*; *ad praecauenda incerta caſuum*; *cui propoſito inſeruit ius foederum*, *ſiue inter ipſos proceres euangelicos*, *ſeu cum exteris illa ineantur.* (§. XXXVII.)

2. *Speciatim*; *ad tollendas iniurias iam illatas*; *quorſum pertinet*

a. *Ius vindictae armatae* [der Selbſthülfe] (§. XXXVIII. XXXIX.) *atque*

b. *Ius retorſionis et repreſſalidrum.* (§. XL. XLI.)



PROOEMIUM.

§. I.

Nullam prudentiae meliorem magiſtram eſſe hiſtoria, ſummi omnis memoriae viri iure meritoque perhibuerunt. Quamuis enim multa de fortunae ludibriis humanorumque caſuum varietatibus et inopinato plurimarum rerum exitu ſplendida in ſcholis philoſophorum et magnifica diſputentur; nihil quidquam tamen adſurgens illa in cothurnos oratio ſententiarumque vaniſſimus ſtrepitus poterit apud eum, qui fidem expoſitionis, non ſpeciem quaerit. Praeter ea ſemper de vitae curſu caute inſtituendo rerumque vera indole ſapienter aeſtimanda praecipere, arrogans neſcio quid plenumque taedio habet: contra in omnis aeui memoriam, velut in rem praeſentem, adducere homines, vt ex aliis ſumant

exemplum ſibi, et quae, quibus poſitis, conſequuta ſint, docere explicatius, quem ad modum vtilitatem maximam praeſtat, ſic moleſtiae notam effugit feliciſſime. Finis non erit, ſi exſpatiari parte in hac et documentis illuſtrare propoſita velim. Speciminis tamen loco, quod ab omni tempore confirmauit rerum vſus, vocata in auxilium hiſtoria Germaniae recentiori perſequar: *ſic plerumque in illa rerum humanarum catena et ſerie ſempiterna conſtitutum eſſe, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda proueniant.*

§. II.

Perpetiebatur ſeruitutem foediſſimam non Germania modo, verum omnis terrarum orbis, ad romani pontificis proiectus contumelias, qui paruis ab initiis per artes, per gradus, per ſaecula ad id, quod ſummum eſt, potentiae emerſerat. Omnis illi ex alieno errore auctoritas. Quam ob rem ipſe pro virili parte inſcitia gaudere, auerſari veritatis nociuam ſibi lucem, ingeniorum conatus frangere acerrime. Vnius interdum verbi libertas morte multata et ex animo erecto certiſſimum exitium. Subibat igitur inertiae patientia primum, mox etiam dulcedo; denique ipſa, oppreſſis ſtudiis, ſacroſancta habebatur ignorantia. Tum enim vero actae in exſilium manſuetiores Muſae foedam barbariem ac miſeros ſqualores contemtoribus ſuis poenam irrogabant. Neglectus omnino vitae cultus. Immaniora ipſis belli furoribus pacis latrocinia, nec plane ſimulacrum aliquod aut veſtigium imperii. Omnium vero deformitatem religio ſuperabat. Tantum huic

anilis admiſtum ſuperſtitionis , tantum futilium illatum opinionum , vt , quae pulcherrima rerum omnium ac per ſe optima eſſet , nihil tum foedius ea terribiliusue fingi potuerit , quando inauditae crudelitatis facinoribus , quae deteſtari maxime debebat , perpetrandis et ipſa praetendebatur. Ecquod ergo maius humano generi munus dari potuit illa *ſacrorum emendatione* , quam votis omnium expetitam LUTHERUS inſtituit ? Salue primus omnium nefandae ſuperſtitionis euerſor ! primus neglecti per tot ſaecula diuini humanique iuris vindex ! et coeleſtis ingenii vi ac eloquentiae fulminibus fortiſſimorum omnis aetatis hominum ſicut facinora, ita gloriam quoque merito ſupergreſſe ! Tu religioni, modis omnibus contaminatae , natiuum decus reddidiſti. Tuum haec ſentiendi libertas , qua iam perfruimur , munus eſt. Tuae vim mentis non tulerunt, quorum ludibria dudum indignatus terrarum orbis conuellere non potuit. A te melioris ſaeculi auſpicium iure meritoque ducimus.

§. III.

Sed nimirum habet has vices conditio mortalium , vt , quum rem nullam inuenias cunctis abſolutam numeris , id ipſum ſaepe , in quo ſalutis noſtrae praeſidium vnicum poſuimus , verſa praeter exſpectationem omnium natura ſua , capitali eamdem vulnere adficiat. Sic melior illa de diuinis rebus ſentiendi doctrina , ſciſſis diſtractisque in varias partes hominum animis , breui poſt *bella* per Germaniam concitauit , non vnius furoribus ſaeculi ſatiata et

velut ad exſcindendum imperium ampliſſimum immiſſa diuinitus. Vaſtatae incendiis vrbes, contecti ruinis ac caedibus fertiliſſimi campi, infecta ſanguine patrio flumina: atrocius aduerſus homines ſaeuitum, repertis tot generibus ſuppliciorum, vt iam inter beneficia eſſet mors ſtatim illata. Non ordo, non ius, et priuata vulnera incertum an reipublicae maiora. Occiſi quibusdam in pugnis a patribus filii, a filiis male in illum vſque diem ſeruati fato patres. Augebant malum ſingula praelia, cum Germani eſſent non victi minus quam victores. Sed nolo iam copioſius deſcribere feralem illum, qualem nulla antea vetuſtas cognouit,

Motum ciuicum,
Ludumque fortunae, grauesque
Principum amicitias et arma,
Nondum expiatis vncta cruoribus.

Quis enim poſſit ſatis digne ſatisque magnifice atrox illud ac miſerabile bellicum canere? Collectis tamen vtramque in partem momentis, ſi rationes ſedulo ſubducamus, ſumma haec erit, vt, manere omnino priſcam ſuperſtitionem, an tot demum tantisque cladibus aboleri praeſtiterit? dubitemus magnopere.

§. IV.

Verumtamen vt ex illa ſacrorum emendatione plus commodi Germania quam detrimenti cepiſſe videatur, efficit procul dubio *pax Weſtphalica*, per illum ipſum tot annorum concurſum atque tumul-

tum elaborata. Magno videlicet impetu ex illis rerum omnium tenebris ad tantam lucem enitendum erat. Iam vero meditatio ſola et prudentia dubium eſt an ſatis vnquam in id valuiſſent, quod non maturius modo, verum etiam plenius fortuna perfecit. Quam ob rem ego, qui et ſine pace Weſtphalica vix leuem vmbram huius in publicis rebus lucis ac ſolertiae nos fuiſſe conſequuturos plane mihi perſuadeam, nec illam ipſam ſtabiliri potuiſſe putem, niſi ad ciuiles artes vis belli ſimplicior atque potentior acceſſiſſet, quamquam perhorreſcit animus illius ſaeculi calamitates, tamen ſi haec ſola ratio erat, quae nobis pacem Weſtphalicam daret, prope eſt vt exclamem, tanti fuiſſe. Ecquid enim ea vel ſanctius habet omnis aeui memoria, vel cum ſalute imperii coniunctum propius? Meliusne, quam per illam factum eſt, Caeſaris ac procerum conturbata infinitis modis diſtingui iura poterant et ſua cuique praeclaro temperamento attribui? Germaniae vero libertate, toties in diſcrimen vltimum adducta, non reddita modo ipſius beneficio fruimur, ſed magnifice aucta et, quouſque poteſt mortalium quidquam, perpetua in ſecuritate collocata. Ingens denique litium, quae naſci olim poterant, ſeges feliciſſime per eam abſciſſa, vt futuri temporis quaſi augurium quoddam et ſenſus fuiſſe in auctoribus eius videatur. Iam ſi quis virtutibus hiſce difficultatem operis addat, tantas ac tam multiformes cauſſas complexi, prudentiam credat ipſam experiri voluiſſe, poſſitne adhibita ſumma cura monumentum aliquod ſanctiſſimum, nullis nec temporum iniuriis nec hominum fraudibus violabile, ſed duraturum quouſque ipſa rerum aeternitas efficere.

§. V.

Nec vero huius loci eſt laudes pacis ſaluberrimae, multis ac praeſtantibus ingeniis memoratas 1.) per partes exſequi. Verumtamen quod ad propoſitum meum propius ſpectat, nefas duco ſilentio praeterire, ſummam eius *in definiendis adcurate vtriusque religionis iuribus* virtutem ac prudentiam

1) Certis de cauſſis conueniens puto, nonnulla eminentium ſcriptorum hanc in rem teſtimonia proferre. Agmen merito ducit FRIDERICUS II. Rex: „ La multitude de matières, la complication des cauſes, le nombre de Souverains à contenter, les différentes prétentions ſur les mêmes provinces, la religion, les prééminences, le compromis de l'autorité impériale et des libertés germaniques; tout ce Cahos énorme à débrouiller occupa les Miniſtres juſqu'à l'année 1647. qu'ils convinrent des articles principaux. Cette paix, qui ſert de baſe à toutes les poſſeſſions et à tous les droits des princes d'Allemagne, fut publiée l'année 1648. „ *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de Brandebourg*, *p. m.* 59. *ſq.* CHR. GOD. HOFFMANNUS in praefatione ad *Analyſin pacis Weſtphalicae*. „ Cum haec ipſa, inquit, conſtitutio primaria tranquillitatis publicae ſit baſis, cum in ea iura principum et ſtatuum in ſacris et profanis confirmata, formam imperii noſtri temperatam, iudiciis vim et auctoritatem redditam, religionis libertatem vindicatam et in tuto poſitam, pacemque publicam

elucere. Suadebant videlicet cum ſalus publica, tum finiendi ciuilis belli neceſſitas, vt turbatus religionis vtriusque ſtatus ex aequo plane componeretur. Contentionum enim omnium acerbiorem nullam eſſe ea, quae religionis cauſſa ſuſcipitur, ſciunt qui in euoluendis hiſtoriae monumentis aliquam ſaltem operam poſuerunt, quoniam in ipſa mentis noſtrae natura hoc ineſt, vt aduerſus eos omnes, qui de magni momenti rebus ſecus quam nos ſentiunt,

contra audaciores infractiones munitam conſpiciamus; quodnam ſupereſt iuris publici caput, quod non in celeberrima hac lege praeſidium et certiſſimum decidendi principium inueniat. „ Nec multum his diſſimilia ſunt, quae apud IOAN. GODOF. DE MEIERN *in praefat. Actor. pacis T. I. p.* 4. *ſq.* leguntur: „ Durch den weſtphäliſchen Frieden ſind die allerhöchſte und zur Ungebühr öfters angefochtene Majeſtätsrechte und Reſervaten Ihro römiſch-kaiſerlichen Majeſtät, als des allerglorwürdigſten Oberhaupts der römiſch-teutſchen Monarchie; die Praeeminenzien und Vorzüge der Churfürſten, dann die Gerechtſamen und Freiheiten aller Reichsſtände, in geiſt- und weltlichen Dingen auf einen ſichern Fuß geſtellt und mithin die Staats- und Regimentsform des Reichs erläutert; die gänzlich zerfallen geweſene Juſtiz, als die Grundſtüze aller Thronen und Herrſchaften, wieder aufgerichtet; der äuſſerliche Ruhe und Friedensſtand befeſtiget und endlich das unſchäzbare Kleinod der Religion, Glaubens- und Gewiſſensfreiheit in ſolche Sicherheit verſezt worden, daß Teutſchland eines

odium quoddam concipiat, ſicut per ſe iam ſatis atrox, ita implacabile prorſus, ſimul ac religionis ille color et praetextus acceſſerit, quo nihil eſt rapiendis inflammandisque hominum animis efficacius. Praeter ea non modo vnam religionem alteri pro arbitrio leges ſcribere inhumanum prorſus, nilque liberaliorem naturam ſortitis vel facere vel pati turpius eſt, ſed et ſi plures in ciuitate ſacrorum ritus erunt, niſi iura eorum diſcreta ſedulo ac disiuncta fuerint, ſumma ipſa reipublicae non poterit non vehe-

der glückſeeligſten Reiche in der ganzen Welt ſeyn könnte, wenn es nur wollte, und wenn nur das, mit ſo vieler unſäglichen Bemühung, ausnehmender Sorgfalt und ungemeiner Klugheit errichtete Inſtrumentum pacis Weſtphalicae durchaus, in allen ſeinen Punkten und Clauſeln, ſträklich gehalten und bei jeder Vorfallenheit richtig vollzogen werden möchte." Obtrectauit laudes pacis Weſtphalicae CHRISTOPH. FORSTNERUS (idem ille, cui *litteras* debemus *negotium pacis Oſn. Monaſt. concernentes*, cui et ipſe interfuit) in *Notis politicis ad Corn. Taciti Annal. Libr. XIII.* Cap. 54. p. 269. „Pax nuper Monaſterii et Osnabrugae ſancita, vt humana cuncta, durabit quamdiu neceſſum erit. Nam delecta ex pluribus et conſtituta reipublicae forma, qualis illa Monaſterii procuſa, laudari facilius quam euenire, vel ſi euenit, haud diuturna eſſe poteſt." Sed non tam ſuum hac in re iudicium, quam aliena verba ſequutus videtur. Omnis enim locus ille ex CORN. TACITI *Annal. Libr. IV. cap.* 33. plane deſcriptus.

menter periclitari. Regnat enim in Germania quoque

Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas,
Immortale odium et nunquam ſanabile vulnus.
— — — — — Summus vtrinque
Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit vterque locus, cum ſolos credat habendos
Eſſe Deos, quos ipſe colit.

Quare haud immerito praeſtantiſſimam iudicabimus pacem Weſtphalicam, quae, ne quid ex diuerſitate religionum detrimenti caperet imperium, praeclare proſpexit.

§. VI.

Ipſum quoque *Corpus Euangelicorum*, paruis et obſcuris ortum initiis, ſed per multas viciſſitudines auctum ſenſim ac mirifice perpolitum, huius pacis opera integritatem plenam adſumſit. Namque, vt humani corporis ſimilitudine vtar, non modo infantiam pertenuem, verum adoleſcentiam quoque ita laborioſam et ambiguam habuit, vt inter armorum ciuilium ſtrepitum, prout partium fortuna inclinabat, iam omnino fere nullum eſſe videretur, iamque reſtauratis ſubito viribus, praeter ſpem omnium effloreſceret laetiſſime. Ad virilis aetatis robur in ipſo pacis Weſtphalicae negotio peruenit, in quo cum diuerſiſſima eſſent ordinum vtriusque religionis vota atque conſilia, pars quaelibet in peculiare corpus diſceſſit ac remota altera rerum ſuarum curam geſſit. Qui quidem tractandi modus tantam etiam nunc in imperio vim habet, vt ſi quis plenam totius iuris publici Germaniae cognitionem teneat,

illo ſolo excepto capite, quo Corpus Euangelicorum explicatur, rem vſu grauiſſimam ſibi deeſſe, breui ſit maximo ſuo incommodo experturus. Quare pretium mihi curae viſum eſt, efficere integrum aliquod et ſuis numeris perfectum SYSTEMA IURIUM CORPORIS EUANGELICI, in quo cum ne quid deſit, ipſa ordinis concinnitas, tum ne quid abundet, illa breuitatis lex, quam vtique mihi conſtitui, prohibeat.

§. VII.

Ceterum antequam deſtinata componam, *praemonenda quaedam* erunt. Iam primum non me fugit, rem a me ſuſcipi parua vnius partis gratia et ſummis alterius offenſis coniunctam. Quod ſi enim ſenſum meum plane, ſicut faciam, ſequutus fuero, tamen quia vtramque in partem grata et accepta dicere non poſſum, ſubeundam mihi adulationis in vnam, malignitatis in alteram partem, ſatis proſpicio inuidiam. Ardua praeter ea ac difficillima res eſt, iſtam iurium Corporis Euangelici tantam congeriem et ſiluam diſtribuere in partes, ad certas ſpecies redigere, propriam denique vim cuiusuis et praecipua momenta explicare ſtudioſius, vt ſuo quaeque loco ponantur, nec ruptum vsquam doctrinae vinculum adpareat, ſed continua quaſi ſerie ab eo, quod primum eſt, ad id, quod vltimum eſſe debet, decurrere ferrique ſua ſponte videatur. Scilicet

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praeſens in tempus omittat.

Verumtamen vt hoc, quicquid eſt operis, perficerem, incitamento fuit, quod pauciſſimi hucuſque reperti ſunt, qui iura Corporis Euangelicorum, multis quidem carptim ac diſperſim tradita, in peculiare quoddam corpus, qua par eſt, diligentia vocaſſent. Nam ſi omiſerim auctores, totum iuris publici germanici ambitum latiſſimis voluminibus complexos, 1) quatuor fere ſunt, qui poſſint idem mecum ſuſcepiſſe videri. Primus eſt GOTTL. SAM. TREUERUS, vir iuris publici cognitione ſumma quondam praeſtans, in egregia *de Comitiis Corporis Euangelici* diſſertatione, cui occaſionem praebuerunt ingentes motus, imperante Carolo VI. circa hoc ipſum ius anno huius ſaeculi viceſimo coorti. Is quidem quum hoc libello meritiſſimam intelligentium omnium laudem tulerit, tamen vt qui totam aciem explicare, contra inſtituti ſui rationem putaret, ſatis habuit illa perſequi, quae ad defendendam qualitatem legitimam aut interiorem corporis ſtatum pertinebant, e quibus ipſis aliqua vel omnino non attigit, vel leuiter ſaltem deguſtauit. Secundo loco ſequitur GEORGII CHRISTOPH. NELLERI Meditatio academica *de origine*, *progreſſu et iuribus Corporis Euangelicorum in imperio*, 2) quae tantum abeſt vt patentiſſimum iſtorum iurium complexum perſpi-

1) Vt IOAN. IAC. MOSERUS im teutſchen Staatsrecht T. X. p. 5 — 211. IDEM von der teutſchen Religions-Verfaſſung L. II. Cap. 4. p. 319 — 416. III. IOAN. CHRIST. MAIERUS im teutſchen geiſtlichen Staatsrecht. *P. I. Cap. V. Sect. 2. pag.* 153 — 173.

cue, quem ad modum poſtulabat titulus, commemoret, vt multis plane omiſſis, non fere niſi circa ea diligentius verſetur, quae ſpectant ad iura corporis in ſingula membra. Quam ob rem haud immerito peccaſſe eum in illud PLINII praeceptum iudicabimus, quo „ primum eſſe ſcriptoris officium monetur, vt titulum ſuum legat atque identidem interroget ſe quid coeperit ſcribere „ ne vel excedat opus ſuum, vel non impleat. Tertium his addo, qui hac ipſa in materia, velut in propriis aedibus ſuis, habitauit EBERHARD. CHRISTIAN. GUILIELM. *de* SCHAUROTH, cuius induſtriae *collectionem plenam Concluſorum Corporis Euangelici* debemus. Is ampliſſimi operis volumini tertio de praecipuis huius corporis iuribus pauca quaedam praefatus eſt, quorum ipſe non alium eſſe vſum voluit, quam vt, ſi quando res exigerent, tanto commodius euolui opus ipſum poſſet. Quartus denique in hanc partem laboris ſucceſſit meritiſſimus ſenex IOAN. IAC. MOSERUS, 3) ipſe vero etiam in iſto libello, quo interiorem corporis noſtri ſtatum explanauit, in aſſerenda duntaxat ipſius aduerſus Rieffelianos errores legitima qualitate occupatus. Quae cum ita ſint, tametſi ex illo latiſſi-

2) Seorſim prodiit *Aug. Trevirorum* 1755. Inſerta eſt ANTONII SCHMIDT *Theſauro iuris eccleſiaſtici, potiſſimum germanici. T. V. p.* 1 — 27.

3) Von der evangeliſchen Reichsſtände Collegial-Rechten, beſonders in Anſehung ihrer innern Verfaſſung, zur Prüfung der Rieffeliſchen Betrachtungen darüber. Regensburg 1772.

mo campo, aut neglecto plane aut nondum ſatis trito, acerbiores fructus retuliſſe nos quoque videbimur, ea certe vis erit exempli noſtri, vt feliciora ingenia hunc laborem magis proſpero ſucceſſu capeſſant. Interim praeſtabit, opinor, rem nondum vtique abſolutam dare, quam omnino nullam.

§. VIII.

Ordinis, quo ſum vſurus, haec erit *ratio*, vt omnem tractatum in *duo capita* deſcribam, quorum *primum* legitimam indolem Corporis Euangelici explicabit, *alterum* ipſa eius iura comprehendet. In aſſerenda legitima indole *nominis* nonnulla, maior tamen *rei* a me ratio habebitur. Inter ipſa vero *iura* ante omnia ſpectanda erunt illa, quae *ex natura cuiusuis corporis liciti* profluunt, quaeque vel ad *interiorem corporis oeconomiam* pertinent vel *erga exteros*, ſeu qui non ſunt de corpore, exercentur. Haec iura ea excipient, quae quum non videantur ex ipſa collegiorum omnium natura duci poſſe, certius ac firmius *in legibus imperii et vſu publico* ſui fundamentum habent 1). Propoſita nunc totius operis ſumma, ſpecies eius ſingillatim exſequar.

1) Eleganter Ioan. Georg. Estor *Opuſculor. Vol. I. P. II. pag.* 243. „ Innititur Corpus Euangelicorum partim *rei natura*, partim *legibus*, partim *obſeruantia.* „

TRACTATIO IPSA.

CAPUT PRIMUM.

De qualitate legitima Corporis Euangelici.

§. I.

Natura ſuſcepti laboris ſic fert, vt prima omnium *legitima qualitas Corporis Euangelici* firmetur ſedulo et aduerſus impugnantium calumnias defendatur. Hac enim non probe ſtabilita, quicquid poſtea explicabimus iurium, non minus corruet, quam ſi quis domum aliquam ſpecioſiſſimam et ornatiſſimam aedificaturus, de idoneo fundamento plane non cogitarit. Breuitatis tamen hac in re ſtudioſior ero, quoniam et ſatis nota ſunt pleraque, et ſi, quantum de iis dici poteſt, perſequi velim, finis operis non reperietur.

§. II.

Prius vero quam rem ipſam aggrediar, de *vocabulo* nonnulla praemitti conueniens reor. Maximas enim lites interdum circa inanem geſtas appellationem et vel iuſtis praeliis de aliqua verborum ambiguitate diſceptatum fuiſſe, vtinam quidem paucioribus exemplis edoceamur. Plurimum ergo mihi profeciſſe videtur, qui vocis prius inuidiam et aſperitatem

lenierit, quod exſtincto eius odio fidem plane ſuperat, quantum ipſimet rei beneuolentiae ac fidei concilietur. Nec vero me fugit fore multos, qui hanc nominis defenſionem, tamquam leuem et frigidam, contemnant. Sed hi ſibi renuncient velim, quae per ſe perperam dicuntur, eadem aliorum vitio in litem vocata, quamuis nihil in ſe commendationis habeant, ſatis tamen neceſſitate ipſa excuſari. Iam vero tantus eſt ſcriptorum, aduerſus nomen illud coelum terrasque miſcentium, numerus, vt

non denſior aëre grando,
Nec de concuſſa tantum pluat ilice glandis.

Publice priuatimque res acta. Qui horrendi carminis decretum illud compoſuere, quod die XII Aprilis anno huius ſaeculi viceſimo imperante CAROLO VI promulgatum fuit, non dubitarunt Corporis Euangelici nomen plane quaſi monſtrum aliquod, nunquam antea viſum auditumue ac natura ſua teterrimum, explodere 1). Nec multo lenius hac

1) „Inmaſſen man — — erſtlich unter ſich, hernach unter dem Namen eines *Corporis* von einem Theil des Reichs zuſammengegangen.“ SCHAUROTH *T. II. p.* 643. „Ihro kaiſerliche Maieſtät ſeyen gleichſam genöthiget, — — deutlich vorzuſtellen und einen jeden erachten zu laſſen, ob Sie nicht die größte Urſache haben Ihr Reichsväterliches Leidweſen und Empfindlichkeit über ſothane unnöthige, unruhige, ungründlich · und unordentliche Rathſchläge und

in re decretum, quod die XXI. Ianuarii MDCCLII. in cauſſa Hohenloica FRANCISCUS I. Caeſar emiſit 2). E priuatis vero ſcriptoribus iſtius nominis delendi cauſſa inprimis in aciem deſcendiſſe nouimus, ferociorem ceteris, IOSUAM IOSEPH. RIEFFELIUM 3), cuius tamen impetum, quamquam ſenex, fortiter excepit et contudit parens iuris publici recentioris MOSERUS 4). Neque vero tali velut clade accepta elanguit contrariae partis ſtudium, vt niſi res mira magis quam formidoloſa eſſet, hanc de nomine Corporis Euangelici litem hydram dixerim, cui ſi vnum caput abſcindas, ſtatim plura renaſcantur.

Beginnen zu äuſſern und ſich gegen die Geſtalt eines ſich ſo nennenden *Corporis Euangelici*, folglich über deſſen gebrauchenden modum bei dem ganzen Reich höchſtens zu beſchweren und dagegen von kaiſerlichen Amts wegen das behörige zu begehren und vorzukehren." SCHAUROTH *T. II. p.* 645.

2) „So könnten Ihre römiſch kaiſerliche Majeſtät nicht billigen, daß unter dem Namen eines von dem catholiſchen Theil ſich abſondernden *Corporis* &c." SCHAUROTH *T. III. p.* 966.

3) In ſeinen critiſchen Staatsbetrachtungen *P. III. p.* 1. *ſeqq.*

4) Edito peculiari libello, Von dem Ausdruk: *Corpus Euangelicorum.* Regensburg 1772.

renaſcantur. Namque nouus interea gladiator ingentibus minis ingreſſus arenam eſt Pacassius 5), cui profecto, ſi opus fuerit, ſucceſſores non deerunt.

§. III.

Iam primum videndum erit, quid ſit corpus? Generatim vero *corpus* vocatur *complexus hominum, ad obtinendum finem communem, eumque perpetuum vnitorum*. Differt ergo a ſocietate in eo potiſſimum, quod huius finis, natura ſua temporarius, ad praeſentia tantum membra ſpectat, vt ne quidem poſſit illa, quamuis conſentientibus ſociis, in perpetuum iniri 1). Haec definitio noſtra latiſſime patet atque omnia vtique corpora, quae ſunt infinita, complectitur. Non eſt iam mei operis plenum eorum recenſum agere; quae tamen propius huc faciunt, paucis explicanda erunt.

§. IV.

Duplex nimirum ſpecies eſt corporum. Adſumta *ſignificatione iuris publici vniuerſalis* corpus dicitur non modo *quaeuis reſpublica*, ſed inprimis *complexus plurium ciuitatum inter ſe vnitarum*, quod *ſyſtema*

5) Johann Freiherrn von Pacaßi, Beiträge zu dem deutſchen Staatsrechte. Wien. 1783. Conferatur V. Cel. Andr. Joſ. Schnaubert neueſte juriſtiſche Bibliothek *T. II. p.* 469. *ſqq.*

1) *L.* 14. *L.* 70. *D. pro ſocio.*

ciuitatum appellari ſolet. In hunc poſteriorem ſenſum apud grauiſſimum auctorem CORNELIUM TACITUM 1) Tencterorum legati in concilio Agrippinenſium ita exorſi ſunt: „ Rediiſſe vos in *corpus* nomenque *Germaniae*, communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus. „ Erat enim tum temporis Germania plurimas in ciuitates diuiſa, quarum tamen commune vinculum in pellendis hoſtibus exteris mire valebat. In illum vero priorem ſenſum apud eumdem CORNELIUM TACITUM 2) Galba Caeſar in oratione nobiliſſima, quam habuit Piſonem adoptaturus: „ Si immenſum, ait, *imperii corpus* ſtare ac librari ſine rectore poſſet, dignus eram, a quo respublica inciperet.„ Atque alio loco 3) Aſinius Gallus „ vnum eſſe, monet, *reipublicae corpus* atque vnius animo regendum. „ Iam vero huius generis corpora non eſſe in imperio noſtro, res ipſa loquitur; quippe vnicum illud eſt, cui ſtatus omnes, ſiue ſingillatim illi, ſiue in collegiis ſpectentur, vsquequaque ſubſunt 4). Nec ſane vnquam tantos ſpiritus ſibi ſumſit Corpus Euangelicorum, vt liberum

1) *Hiſtoriar. Libr. IV. Cap.* 64.

2) *Hiſtoriar. Libr.* 1, *cap.* 16.

3) *Annal. Libr.* 1. *cap.* 12.

4) „ Circa omnia corpora legitima obſeruandum, quicquid iuris illa habeant et quicquid poteſtatis in ſua membra, id omne a ſumma poteſtate definiri, et nequaquam huic poſſe opponi aut praeualere. Alias enim ſi daretur corpus, limitationi ſummi imperii ciuilis non

et immune ab omni poteſtate ſumma videri voluerit, quamquam ſaepius, vt in odium adduceretur, ab his, qui male ipſi cupiebant, euulgatum illud fuit.

§. V.

In ſenſu iuris publici ſpecialis corporis nomine venit quaeuis ſocietas plurium membrorum imperii, ad ineunda conſilia de negotiis ad ſocios pertinentibus et ſeruanda iura collegii ſingulorumque eius ſociorum, publice congregatorum. 1). Huiusmodi ergo corpora ipſam reipublicae ſummam nullo modo attinent, ſed alium in finem conſtituta ſunt, vt ſpecies ipſorum omnes enarrare cupienti, euenturum ſit idem, quod apud Ouidium Flora de ſe profitetur:

Saepe ego digeſtos volui numerare colores;
Nec potui; numero copia maior erat.

Huc nimirum, vt auguſtioribus exemplis vtamur, electorum principumque ac ciuitatum collegia, huc totius imperii in circulos deſcriptio, huc nobilitatis imperii liberae corpus, huc, vt ad minora deſcendamus, tribuum plebis et opificum infinita perti-

obnoxium, daretur ciuitas in ciuitate.,, Sam. de Pufendorf *de iure naturae et gentium. Libr. VII. Cap.* 2. §. 22.

1) Ill. Ioan. Henr. Christ. de Selchow *Elem. iur. publ. german.* §. 184.

nent corpora 2), quae quidem cuncta nihil vtique de ſumma reipublicae detrahunt, aut vlla in re iura et maieſtatem imperii attenuant 3). Iſta igitur ſignificatione corporis ſtabilita et ad Euangelicorum

2) Vnde GOTTL. SAM. TREUERUS *de comitiis Corp. Euang. Cap.* 1. §. 8. „a minori, inquit, ad maius hic colligere licebit: minus enim probabile eſt, communitates et collegia imperii paucioribus membris conſtantia, vel longe minoris momenti in publicis imperii actis et documentis corporis nomine inſigniri, quod tamen quam frequentiſſime factum eſſe legimus. „

3) „ Ea ſignificatione corpora plurima in eandem ciuitate dari poſſunt, citra vllam ſimplicitatis [illegible] iacturam. Quemadmodum enim ſocietates infiniti generis exiſtere queunt in republica, quae imperii iuribus nihil detrahunt, neque cum maieſtate miſcentur, ita nihil obſtat, quo minus talismodi ſocietates vel corpora ſtatuantur, vel aliae quoque vniuerſitates et collectiones ciuium exiſtant, quibus nihil iurisdictionis vel imperii ciuilis competit. „ TREUERUS *de comitiis Corp. Euang. Cap.* 1. §. 2. Explicatius Euangelici ipſi: „ Selbſt in dem bürgerlichen Leben ſind mancherlei erlaubte Abſichten und Urſachen, um derentwillen einige beſonders ſich vereinigen, und obſchon andre Glieder der bürgerlichen Geſellſchaft nicht mit dazu gehören; ſo ſtehen ſie doch zu einem andern gemeinen Zwek der Ruhe und Sicherheit beiſammen und ſind eins. Alſo iſts kein Paradoxon, wie man neuerlich da-

translata conſociationem , ſatis patet nequaquam eam, quod non ſine incredibili acerbitate exprobratum ipſi fuit, diuellere imperii bene coagmentatum corpus ac dominationem neſcio quam adfectare 4).

für halten wollen, daß mehr Corpora oder Vniuerſitates ſich in einem Corpore oder Vniuerſitate befinden. Ein jegliches Reich oder Republik iſt ein Corpus morale, nichts deſtoweniger wird auch eine jede ſich in ſelbigem Reich oder Republik befindliche Provinz, eine jede Stadt, ein jegliches Dorf, eine jegliche Zunft ꝛc. die ihre beſondere Verfaſſung, gemeine Rechte, gemeines Intereſſe, für ſich abſonderlich hat, ein beſonderes Corpus genannt und dafür gehalten. Es iſt ja auch nichts gemeiners und bekannters, als zu hören, zum Exempel: das Corpus der Ritterſchaft, der Geiſtlichkeit, der Burgerſchaft ꝛc. Und ſolten dieſe Notiones um ſo weniger im römiſchen Reich inſonderheit unbekannt ſeyn, als die Verſammlung der Reichsſtände aus dreien Corporibus oder Collegiis beſtehet, die man alle Rathstäge hier zu Regensburg vor Augen ſehen kann. „ SCHAUROTH *T. II. p.* 791. *ſq.* Vid. etiam Joh. Chriſt. Maier's teutſches geiſtliches Staatsrecht *P.* 1. *p.* 155.

4) *Decretum commiſſionis caeſar. de d. XII. Apr. MDCCXX* ſequentia habet: „ Ihro kaiſerliche Majeſtät wollen jeden erachten laſſen, ob Sie nicht die gröſte Urſache haben, Ihr Reichsväterliches Leidweſen und Empfindlichkeit über ſothane unnöthige, unruhige, ungründ-

Generoſa tamen et magnifica Euangelicorum vox eſt, rem potius a ſe, quam nomen ſpectari, parumque ſua intereſſe vtrum corpus, an collegium aut ſocietas aut pars imperii vocentur 5).

§. VI.

Euangelicorum quoque in controuerſiam deducta eſt appellatio, maluntque Catholici Corporis Auguſ-

lich- und unordentliche Rathſchläge und Beginnen zu äuſſern — — — allermaſſen Ihro der Text de vno capite, et vno corpore, et ſingulis membris; ex art. V. §. 19. quod vnum imperii corpus, et quid ſit, ſi non pro vno conſiderari poſſit, wohl bewußt ſeie. „ SCHAUROTH *T. II. p.* 645.

5) In litteris die XVI. Nouembris MDCCXX Corporis ſui nomine ad Caeſarem datis. „ Evangeliſchen Churfürſten, Fürſten und Ständen kann ganz gleich gelten, ob man ſie pro Corpore, Societate, Collegio, Vniuerſitate oder für einen Reichstheil halten wolle, wenn ihnen nur dasjenige frei bleibt, was ihnen die Reichsgeſeze beilegen, was wohl hergebracht, ſo oft ſelbſt erkannt und wovon der Grund iſt, daß ihnen, evangeliſchen Ständen, Zuſammenſezungen, Bündniſſe und Vereinigungen zu machen, erlaubt und in den Reichsgeſezen und Wahlkapitulationen darüber zu halten verſprochen iſt. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 791.

tanae confeſſioni addictorum, alioue ſimili nomine vti. Inſidet enim in animis ipſorum perſuaſio quaedam, iſta loquendi formula velut tacitam doctrinae melioris agnitionem contineri. Sed iubet profecto noſtri temporis ratio, miſſis tandem eiusmodi quisquiliis grauiora et digna huius ſaeculi luce ſectari. Quaenam enim ſentiendi de diuinis rebus optima ſit ratio, ſolum numen intelligit. Nos homunculi per naturam infirmitatis noſtrae non poſſumus veritatis plenae immenſum onus pati. Omnes quidem errore, alius alio, ducimur. Quam ob rem qui ſapientior eſſe reliquis voluerit, hoc vnice modo ad eam laudem perueniet, ſi non quaſi Pythius Apollo certa vt ſint et rata, quae dixerit, ſed probabilia ſe coniectura ſequutum vsquequaque profiteatur. Omnium vero minime neſcio qua nominis ambitione duci nos conuenit, vt ipſo titulo nos vera vidiſſe, ceteros erroribus verſari ſignificemus. Quamdiu tamen multa in rebus humanis, praecipueque in publicarum rerum inſtitutione nominibus tribuuntur; quidni *Euangelicorum* quoque legitimam appellationem eſſe aſſeramus? Impugnauit illam anno MDCXC. Moguntini electoris ad comitia imperii legatus, quod haec formula publicae loquendi conſuetudini non ſatis

x) „Endlich aber und nach vielen beiderſeits geſchehenen Remonſtrationen, hat derſelbe (Chur Maynziſche) doch ſolches ſcriptum verleſen laſſen, da er dann gegen das Wort Evangeliſch, als wäre es ungebräuchlich, *excipirt*.„ SCHAUROTH *T. I. p.* 783. Aliud exemplum profert HENNIGESIUS *Meditat. ad inſtrum. pacis Spec. IX. p.* 1598.

conueniat 1). Sed per id ipſum inſcitiae notam ſibi contraxit, quum in ipſis pacis Weſtphalicae tabulis nomen illud reperiatur, vt quae *Art. X.* §. 16. liberi *euangelicae* religionis exercitii mentionem iniiciunt. „ En tibi, hoc loco Hennigesius 2) exclamat, in conſtitutione pragmatica luculentum teſtimonium, religionem ſtatuum proteſtantium, quae alias ab Auguſtana confeſſione appellationem plerumque habet, etiam *euangelicam* vocari, vt proinde cauſſam non videam, cur Catholici nunc huius nominis honorem nobis inuideant, quo illo tempore ab vniuerſis paciſcentibus ſine ſcrupulo vel controuerſia mactati ſumus. Fugit certe hic locus multos et fama eruditionis et peritia in rebus imperii claros viros, quos tanti argumenti vis latuit, cum per negligentiam hic minime quaererent, in quo arx rei poſita, et nouimus ipſi, aliquos veluti viſo Gorgonis capite obriguiſſe, cum haec verba illis lecta darentur. „ 3)

2) *Meditat. ad inſtr. pacis Spec. IX. pag.* 1597. *ſq.*

3) Libet, quae de nomine Corporis Euangelicorum hucusque diſputauimus, in compendium miſſa ex actis publicis hic ſubiicere: „ daß der Ausgburgiſchen Confeſſion — Verwandte Stände ſich ein Corpus Euangelicorum nennen, das iſt kein inſolitum nomen, dann ſie conſtituiren ſowohl ein *Corpus*, als die Herren Catholiſche, die in ihren Schriften ebenfals den Namen eines Corporis ſich vindiciren; an dem Prädicat Evangeliſch aber darf ſich niemand ſtoſſen, daſſelbe iſt dem Inſtrumento pacis gemäs, allwo art. 10. §. vltimo ihre Religion expreſſe Religio Euangelica genannt wird, zu

§. VII.

Defenſo *nomine* ſequitur nunc, vt *rem ipſam*, id eſt *qualitatem legitimam Corporis Euangelici* adſtruamus. Iam primum quidem inde a pace Weſtphalica illud tamquam ſatis et vſu notum et firmatum legibus, nemini in mentem venit maiorem in modum laceſſere 1). Sed in priori huius ſaeculi parte orta ex impro-

geſchweigen, ſo vielerlei bei den Weſtphäliſchen Friedenstraktaten ex parte Catholicorum herausgegebener Schriften, in welchen dieſe, ſogar auch die kaiſerliche Geſandtſchaft, ſich ganz kein Gewiſſen gemacht, das Wort Evangeliſch zu gebrauchen, wenn von den A. C. Verwendten die Rede geweſen. „ ANTON. FABRI Europäiſche Staatskanzlei *T. VI. pag.* 178.

1) „ So viel man ſich aus denen Acten erinnern kann, iſt ſeither dem Weſtphäliſchen Frieden niemand eingefallen, denen Evangeliſchen die Befugniſſe, ein Corpus zu formiren, ſtreitig zu machen, ſondern ſie haben ohne jemands Wiederrede auf dem Nürnbergiſchen Executions- und Frankfurter Deputations- auch jezigem Reichs-Tage, weniger nicht bei der jüngern Cammergerichtlichen Viſitation ſo, wie es wohl hergebracht, auch alſo beſtändig fortgeführt; wie dieſes alles aus denen bei vorigem und fürwährendem Reichstag verhandelten Actis, inſonderheit denen de annis 1649. 1653. 1655. 1664. 1688. 1689. 1697. 1698. 1700. 1702. 1704. 1705. 1709. 1710. und 1714.

uiſo tempeſtas male ad id tempus diſſimulatam vim odii ac inuidiae emiſit, vt iam ad ciuile bellum, religionis cauſſa ſuſcipiendum, ſpectare res Germaniae viderentur. Origo grauiſſimae contentionis haec fere fuit. CAROLUS PHILIPPUS, elector palatinus, cui anno MDCCXVI. poſt mortem fratris IOANNIS GUILIELMI delata ſucceſſio erat, reformatae religioni addictos miris modis exagitabat; templa, ſcholas, diuina et humana omnia, erepta ipſis, conferendo in Catholicos, vt plane immutationem ſtatus ſacri palatina in prouincia moliri eum, haud fallaci augurio cuncti praeſagirent. Corpus Euangelicorum, quod officii ſui arbitraretur opem ferre communis religionis cauſſa periclitantibus, inhibere nefarios aduerſus ſanctiſſima iura conatus, nec quidquam pati in ludibrium et contemtum ſui fieri, de iſta peſſimi atque inauditi exempli re ſaepius in conſilium ibat, miſſoque ad electorem legato re-

worinn ſich die Redensarten, de corpore ad corpus zu handeln, mehrmals finden, ſo klar und offenbar iſt, daß es niemanden, ſo nur die mindeſte Erfahrung in Reichsſachen hat, unbekannt ſeyn kann. Jngleichem beweiſen die Ryßwikiſche und Utrechtiſche Friedenshandlungen, daß auch daſelbſt der evangeliſchen Ständen Geſandte ein abſonderliches Corpus formiret und mit denen kaiſerlichen, der katholiſchen Stände und der auswärtigen Puiſſancen Geſandtſchaften nomine corporis über die Religionsangelegenheiten tractirt, ohne daß ihnen jemals die geringſte Difficultät wäre gemacht worden." SCHAUROTH *T. II. p.* 794.

torſionis etiam iure vtebatur 2). Indignati hoc non elector modo, ſed quicquid erat vbiuis Catholicorum. Ad ipſum Caeſarem ſiniſtris rumoribus delata res effecit, vt die XII. Aprilis MDCCXX. per legatos decretum in comitiis promulgaret, cui aduerſus Corpus Euangelicorum verba inerant quaeſita aſperitate. „ Illud ſolam diſſidiorum in imperio matrem et cauſſam. Ab eo, quoties libeat, leges terri, lites iudicari, reliquis proceribus dubium iniuſtius an petulantius illudi. Idem, velut belli pacisque arbitrum, pericula oſtentare, minas ſpargere, dira omnia loqui. Electorem palatinum, tamquam pupillum, ſub tutela ſua continere. Iam vero haec vniuerſa, quamquam nimia, tolerari potuiſſe, ſi ab aliquo vero et publice agnito corpore fuiſſent ſuſcepta. Ipſum vero Corpus Euangelicorum rem nouam, inauditam, legibus imperii contrariam, denique vix rem, ſed vmbram tantum et ſonum inanis verbi eſſe. Merito igitur haec factionum ſeditionumque ſemina disiici et quicquid illud conſtituerit haberi iritum 3). „ Attoniti

2) BURC. GOTTH. STRUUII *Corpus hiſtoriae germanicae. Period. X. Sect. XIII.* §. 24. *pag.* 4098. *ſq.*

3) Qui decretum integrum legere voluerint, adeant SCHAUROTHIUM *T. II. pag.* 641 — 655. Aliquod tamen ſpecimen dabimus, ex quo ſtili acrimonia ſatis poterit cognoſci. „ Welches Verfahren auf einem öffentlichen Reichstag und bei ſo geſtalten Dingen, ſo lang das deutſche Reich ſtehet, mit einer ſolchen Neuerung und Hizigkeit wohl niemahlen erhöret oder unterfangen worden; inmaſſen man nicht allein

perculſique huius decreti rigore Euangelici die XVI. Nou. MDCCXX. litteras ad Caeſarem perſcripſere grauiſſimas, luculentiſſimas, dignas quae ab homini-

unerwartet deren bei kaiſ. Majeſtät bereits implorirten und von Deroſelben alsbald mit behörigem Weg und Ernſt vorgewandten Reichsſazungsmäßigen gütlichen Ermahnung und Mittlen, oder des höchſten kaiſerlichen Amts, erſtlich unter ſich, hernach unter dem Namen eines Corporis von einem Theil des Reichs zuſammengegangen, ſondern auch, wie es ſcheinet, ohne Einſehung und mit Verſchweigung eines Theils des nach Vergieſſung ſo vielen beiderſeitigen Chriſtenbluts und am Ende für auswärtige Hülfe noch dazu zu bezahlen gehabten vielen Millionen baaren Gelds, und mit der noch heutigen Tags zum Denkmal an vielen Orten im römiſchen Reich vor Augen habenden Verheerung der herrlichſten Reichslande errichteten Oſnabrug- und Münſteriſchen Friedens, unter ſich beſtändige, bis zu verbotenen unzeitigen Unionen oder Bündniſſen gegen ihre Mitſtände, und nach Ausweiſung ihrer eigenen ſchrift- und mündlichen Vorſtellungen, beinahe gegen die kaiſerliche Majeſtät und Dero höchſtes Amt ſelbſt gerichtet- und angezielten Extremitäten, Waffen und Drohungen, Ihren Herrn Prinzipalen einzurathen ſich nicht entſehen, inmittelſt auch, ohnerachtet bei Ihrer kaiſ. Majeſtät um Dero kaiſerliches Amt zu Verſchaffung des Rechten und der Gerechtigkeit ferner angeſuchet worden, zu gleicher Zeit einſeitige anderweite in

bus eruditiſſimis in ſummi momenti re exararentur. Has litteras, quibus legitima indoles Corporis Euangelici omnium optime defenſa eſt 4), velut duces ſequuturus, praecipua doctrinae huius momenta ipſis earum locis allatis diſtinctius explicabo.

§. VIII.

Primum igitur ad propugnandam Corporis Euangelicorum iuſtam et congruam legibus qualitatem, ſatis praeſidii mihi *in ipſa eius natura* inuenire videor. Omnes enim largiuntur, eſſe illud conſociationem procerum imperii, Auguſtanae confeſſioni addictorum, ad tutelam et defenſionem religionis ſuae initam. Huius vero definitionis ſingulas partes

ſich vorhin nach denen Reichsſazungen nichtige *Concluſa* unter ſich gemacht und darinn ganz unordentliche, zu des teutſchen Vaterlands völliger Zerrüttung allerdings Reichsgrundverderbliche *Principia* feſtzuſtellen, ſich angemaſſet haben ſolle. „ SCHAUROTH *T. II. p.* 643. *ſq.*

4) Veriſſime G. S. TREUERUS *de Comitiis Corp. Euang. Cap. I.* §. 13. *pag.* 28. „ Illa, inquit, epiſtolae particula, qua corporis qualitas nomenque euangelicorum ſtatuum adſociationi vindicatur, egregia profecto eſt, ſolidiſſimi ingenii robur prae ſe fert vbiuis, pondera omnia ſagaciſſime perſpecta adcumulat, ſtilo limpidiſſimo et fluido, viuaci tamen exornata eſt, et rem omnem euidenti demonſtratione euincit. „

nulla in re legibus repugnare, non erit profecto, qui dubitet. Iuuabit, opinor, priusquam iuris nodos et anfractus experiamur, philoſophiae niti auxilio, quod nec minus validum et multo etiam ſimplicius eſt. Iam hoc quidem ſatis conſtat, in omni republica, niſi vtique immanis illa et barbara fuerit, non modo vt ſingulos ac plane diſcretos ſpectari homines, ſed hoc demum conſtitutae ciuitatis proprium eſſe, vt variis nexibus et modis inuicem illi copulentur. Eiusmodi ergo conſociationes coniunctionesque hominum tantum abeſt, vt per ſe ſalutem reipublicae laedant aut infringant, vt nihil huic eſſe poſſit arctiori vinculo adnexum. Proinde ſi quid incommodi vel periculi habere videbuntur; non aliunde id euenire poteſt, quam quod finis ille, cuius obtinendi cauſſa coaluere, prauus ſit ac nociuus. Iam quis erit quaeſo melior et honeſtior finis eo, qui ad ſeruanda vnice iura, grauiſſimis conſtituta atque munita legibus, dirigitur? Haec nimirum iuris quaeſiti aduerſus violationes hominum defenſio prima ſine dubio reipublicae bene ordinatae laus et virtus eſt, vt omnium origo ciuitatum ab iſto ſecuritatis ſtudio ducenda eſſe videatur. Ex cunctis vero iuribus ea, quae religionem omnemque ſentiendi de diuinis rebus libertatem, maximum ingenui hominis bonum, in tuto collocant, pretioſiſſima merito et antiquiſſima aeſtimamus. Quidni ergo iuſtum ac legitimum habeatur, quod finis tam praeclari gratia coiuit, Corpus Euangelicorum 1)? Niſi vero putamus, qua priuati et

1) „Unter allen Dingen und Urſachen, um derentwillen denen Gliedern einer bürgerlichen Geſellſchaft erlaubt ſich zu

infimae conditionis homines facultate vtuntur, vt iuſti atque liciti finis obtinendi cauſſa collegium aliquod ſeu corpus conſtituant, eamdem proceribus imperii, tot tantisque iuribus inſtructis, non eſſe tribuendam.

§. IX.

Sed obiiciat forte aliquis: „ quantumlibet bonus et honeſtus fuerit collegii cuiusdam finis, diſertis tamen verbis, vt ne prius idem pro legitimo habeatur, quam adprobationis publicae auctoritas acceſſerit, caueri legibus 1). Quam ob rem vt iuſtum videri

vereinigen und zuſammenzuſezen, mithin Corpora zu formiren, iſt wohl eine der nothwendigſten und löblichſten die Erhaltung einer durch die Geſeze beſtätigten Religion. Daher hat niemand denen evangeliſchen Ständen verwehrt noch verwehren können, daß ſie, nachdem ſie das unerträgliche Joch der römiſchen Cleriſey abgeworfen und ſich wieder in die einem jeden Chriſten zuſtehende Gewiſſensfreiheit geſezet, ſich genau mit einander verbunden und ein Corpus errichtet. „ Ita Euangelici ipſi in litteris d. XVI. Nov. MDCCXX. ad Caeſarem datis, apud SCHAUROTH *T. II. pag.* 792.

1) *L.* 3. §. 1. *D. de colleg. et corp.* Fuſius haec profequutus eſt SAM. *de* PUFENDORF *de iure naturae et gentium Libr. VII. Cap.* 2. §. 23. " Corpora illegitima ſunt non ea tantum, quae manifeſti ſceleris cauſſa coiuerunt, vti ſunt ſocietates furum, mendico-

queat Corpus Euangelicorum, praeter finem licitum itidem opus eſſe adprobationis publicae praeſidio. „ Huic ego reſponſurus facili negotio per apertiſſima argumenta, ex ipſis legibus imperii ducta, corporis noſtri qualitatem iuſtam tuebor.

§. X.

Primum offertur hanc in rem *ius foederum* 1). Pleniſſime illud proceribus imperii tam vniuerſis, quam ſingulis conceſſum per pacem Weſtphalicam 2) omnisque

rum, Cingarorum, piratarum, latronum; ſed etiam quaeuis coniunctiones inter ciues, peculiaribus pactis firmatae, absque conſenſu ſummorum imperantium initae et fini ciuitatum repugnantes, quae coniurationum aut factionum vocabulo venire ſolent. Quarum varius ſcopus eſt —— imo etiam quae plauſibilem praetextum oſtentant, puta defenſionem, emendationem quorundam abuſuum —— ſuſpectae et periculoſae ſunt. „

1) Latiſſime hoc argumentum pertractauit **Joh. Jac. Moſer von der evang. Reichsſtände Collegial-Rechten, beſonders in Anſehung ihrer innern Verfaſſung**, §. 3. Preſſius vero G. S. Treuerus *de Comitiis Corp. Euang. Cap. II.* §. 6.

2) *I. P. O. Art. VIII.* §. 2. „ Cumprimis vero ius faciendi inter ſe et cum exteris foedera, pro ſua cuius-

omnisque ille locus poſtea in leges regias Caeſarum translatus 3), hac ſola reſtrictione adiecta, ne imperatori aut imperio eiusue publicis legibus detrimento ſint. Iam illud quidem dubium non eſt, quod inter priuatos conſociationis nomine venit, recipere inter principes foederis appellationem. Quoduis autem foedus mutuae ſecuritatis ac tuendorum iurium cauſſa iniri, nemo quisquam inficiabitur. Quidni ergo ius fasque ſit imperii ordinibus ad defendenda communia ſacra ſocietatem aliquam et peculiare corpus inſtituendi? Neque enim alium, quam illum ipſum legibus definitum conſeruationis cuiusque ac ſecuri-

que conſeruatione ac ſecuritate ſingulis ſtatibus perpetuo liberum eſto, ita tamen, ne eiusmodi foedera ſint contra imperatorem et imperium pacemque eius publicam, vel hanc inprimis transactionem, fiantque ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori et imperio obſtrictus eſt. „

3) *Capitulat. Art. VI.* §. 4. „So viel die Stände des Reichs belanget, ſolle denenſelben, allen und jeden, das Recht, Bündniſſe unter ſich und mit auswärtigen, zu ihrer Sicherheit und Wohlfart zu machen, dergeſtalt frei bleiben, daß ſolche Bündniß nicht wieder den regierenden römiſchen Kaiſer, den allgemeinen Landfrieden, auch Münſter- und Osnabrükiſchen Friedensſchluß ſeye, und daß dieſes alles nach Laut deſſelben und unverlezt des Eides geſchehe, womit ein jeder Stand dem regierenden römiſchen Kaiſer und dem heiligen römiſchen Reich verwandt iſt.„

tatis finem propoſitum ſibi habent; dum nullo modo vel maieſtati Caeſaris detrahere vel communi totius imperii vinculo eximi volunt, vt quaecunque et pax Weſtphalica et leges regiae iuſti ac legitimi foederis requiſita conſtituere, in iſta Euangelicorum conſociatione agnoſcantur vniuerſa 4). Niſi abſurdum videatur, circa rem minime obſcuram verſari laborioſius, ſequens etiam eodem ex argumento duci poſſit probatio. Competit videlicet per leges publicas ius pangendorum foederum primoribus imperii non modo vniuerſis, id eſt coniunctim ſpectatis, verum ſingulis quoque. Iam vero cum ſe ipſo foedus contrahere neminem, ridendus profecto ſim, ſi multis explicare velim. Quare tametſi pauciſſimi fuerint alicuius foederis ſocii, non poteſt certe minor duobus eſſe numerus. Quod vero duobus licet, nullo iure poterit pluribus negari, quoniam omnibus ac ſingulis illud ius conceſſum eſt. Optimo itaque iure complexus ſtatuum euangelicorum peculiare in corpus coiuit.

§. XI.

Alterum Corporis Euangelici in legibus publicis fundamentum illud habemus, quod a *iure conuentuum* deſumitur 1). Apertiſſime nimirum data eſt

4) Satis igitur patet, quam infirma et aliena ſint, quae ad frangendam huius ac ſequentis argumenti vim protulit V. Cl. Ant. Schmidt in *Theſauro iur. eccleſiaſt. potiſs. German. T. IV. p. 765. ſq.*

1) Copioſior eſt in hoc argumento illuſtrando Joh. Jac. Moſer von der evang. Reichsſtände Collegial-Rechten, §. 4.

proceribus imperii facultas, non modo in comitiis, verum etiam extra illa, quotiescunque vel neceſſitas ipſorum id praeceperit, vel vtilitas ſuaſerit, ſecundum deſcriptionem circulorum, aut per collegia, alioue quouis modo peculiares inſtituendi conuentus, quorum habendorum iuri a nemine interdici ipſis poſſit. 2) Gaudent igitur hac ipſa facultate et euangelici proceres; verbis enim lex vtitur generalibus, nec ad certam ſpeciem vel rerum vel optimatium adſtrictis. Praeter ea ingens earum neceſſitas iubet, vt, quae ſunt ipſis propriae ac ſeparatae vtilitatis rationes, illarum ſeorſim curam habeant. Quare quo maxime modo voluerint, collegium ſeu corpus inſtituere nullo pacto prohiberi poſſunt.

§. XII.

Tertiam, qua Corporis Euangelicorum legitima qualitas nititur, rationem *ea pacis Weſtphalicae loca* continent, *quae innuunt totum imperii corpus*, ſi religionem et iura inde promanantia ſpectes, *in duas*

2) *Capitulat. Art. XIII.* §. 10. „ So ſolle auch in- und auſſerhalb deren Reichstägen denen Reichs- und Kreisſtänden unverwehrt ſeyn, ſo oft es die Noth und ihr Intereſſe erfordert, entweder circulariter oder ſonſten, ungehindert männiglichen, zuſammenzukommen und ihre Angelegenheiten zu beobachten. „ Commentarii loco videantur Joh. Jac. Moſer's Betrachtungen über die Wahlcapitulation K. Joſephs *II. P. II. p.* 92. *ſeqq.*

diuiſum eſſe partes, quarum quaelibet cum ſeparatis ab altera rationibus degat, vt inter eas plane tamquam de corpore ad corpus tractetur, non poteſt non fieri 1). Manifeſtus eſt hanc in rem et clariſſimus (I) ille locus, quo ſancitum „ *vt in cauſſis religionis, aliisque omnibus, in quibus nequeant ſtatus vt vnum corpus ſpectari, nec non catholicis et Auguſtanae confeſſionis proceribus in duas partes euntibus, ſola compoſitio amica lites dirimat.* „ 2) Ad hanc enim amicam perficiendam compoſitionem praecedant neceſſe eſt vtraque ex parte deliberationes, quibus abſolutis id quod

1) Huic argumento ſummam lucem adfudit TREUERUS *de Comitiis Corp. Euang. Cap.* 1. §. 6. *p.* 10. *ſqq.*

2) *I. P. O. Art. V.* §. 52. Parum ei tribuit Caeſar in litteris die XIV. Febr. MDCCXXI. ad comitia datis. „ Was aber in dem §vo in cauſſis religionis Art. V. Pac. Weſtph. in verbis: vbi A. C. cum Catholicis tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, enthalten, ſolches wiederholen Wir nochmals, daß Wir es wohl wiſſen und dawider nichts in den Weg zu legen vermeinen, glauben aber nicht, daß weder aus denen Worten, noch aus dem Verſtande des obbeſagten §ui ſo viel erſcheine, wie deswegen in denen Fällen, vbi A. C. cum Catholicis tamquam vnum corpus nicht conſideriret werden können, eine Zertrennung in verſchiedene Corpora, ſondern allein dasjenige erfolge, was insgemein bei allen Corporibus von dergleichen Art in caſu diſſolutionis vel totalis vel temporariae zu geſchehen pflegt, nemlich daß die vorhin in

decretum atque conſtitutum eſt, deferri ad vtramque partem oportet. Iam vero communem omnium hominum ſenſum appello, poſſintne iſta vniuerſa, niſi a corpore ſeu collegio fieri? Ac eiusdem plane poteſtatis illud etiam eſt, quod (II.) alio loco tabulae pacis edicunt: „ *ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſſis pacem religioſam aut hanc transactionem tangentibus reſultet, de eo in comitiis vel aliis imperii conuentibus inter vtriusque religionis proceres*

vniuerſo corpore geweſene vis repraeſentatiua oder maioritas votorum wenigſtens ſo viel den punctum quaeſtionis betrift, aufhöre und man mit dem von dem eigentlichen Corpore abgehenden Theil, qua ſingulis zu tractiren habe. „ Staatskanzlei T. XXXVIII. p. 502. Veriſſime tamen profeſſi ſunt Euangelici: „ In dem Weſtphäliſchen Frieden — — — iſt der Evangeliſchen Zuſammenſezung oder das Corpus Euangelicorum noch weiters beſtätigt, deſſen Gerechtſame und Befugniſſe klärer, als vorhero noch niemals geſchehen, angedeutet und das, was vorher zwar in der That ſchon in Uibung geweſen, hernach deutlich feſtgeſtellt und Art. V. §. 52. ausdrüklich verordnet worden, daß in Sachen, wo die Catholiſche einer Meinung, die Evangeliſche hingegen einer andern beipflichten würden, die Maiora nicht gelten, ſondern allein *per amicabiles compoſitiones*, welche nicht anders als durch Handlung des einen Theils mit dem andern, oder *de corpore ad corpus*, geſchehen können, verfahren werden ſollte. „ Schauroth *T. II. p.* 794.

non niſi amicabili ratione tranſigatur.. „ 3) Satis enim adparet ea hic praecipi, quae, niſi corpore quodam ſeu collegio vtrinque agnito atque adſumto, non poſſunt fieri. Eccur ergo, ubi de conſilio et voluntate et ſententia legis conſtat, in verborum errore verſabimur? Plusne apud nos inanis ſonus, quam ratio ipſa valebit? Atqui nec inter vnum aut alterum e diuerſae religionis proceribus, ſed inter vniuerſos, in complexu ſeu corpore ſpectatos, tranſigendum eſt, et vt ſcite tranſigatur, deliberationes prius inſtitui variasque compoſitionis formulas exhiberi vtrinque oportet, quod ipſum etiam fieri, niſi in collegio, nequit. Praeter ea tabulae pacis *partes* vocant complexum iſtum procerum diuerſae religionis vtrinque conſtitutum. Illuſtrat hoc inprimis (III.) ille multis modis memorabilis locus, quo „ *inter vtriusque religionis electores, principes, ſtatus omnes et ſingulos ſtabilitur aequalitas exacta mutuaque, ita vt, quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum.* „ 4) Quidni enim, ſi vim magis ac poteſtatem verbi quam merum ſonum ſpectes, *partes* illas totidem *corpora* dixeris? Praeclare hanc in rem commentatus eſt TREUERUS 5.) „ Sunt iſtae, inquit, eiusmodi partes imperii, quibus per ipſas leges imperii ius competit, coniunctis viribus tractandi ſuae religionis negotia, vindicandique eius iura, prout pace religioſa et Weſtphalica ſtabiliuntur:

3) *I. P. O. Art. V.* §. 50.

4) *I. P. O. Art. V.* §. 1.

5) *De comitiis Corporis Euangelici, Cap. I.* §. *6. p.* 11.

partes ſunt, quibus ipſa pacta fundamentalia vnionem perpetuam permittunt et facultatem dant, dirigendi ſua conſilia in vnum eumdemque finem, nempe ad ſarta tectaque ſeruanda iura religionis. Tota itaque definitio corporis moralis iis competit, totamque eius naturam in forma ſua exprimunt, et quidem per leges imperii, quae id expreſſis verbis volunt ac inculcant. „ Denique nec illud omittendum puto, ad ſubtiliores concluſiunculas deſcendentibus apparitura in tabulis pacis aliqua etiam ipſius nominis veſtigia. Notus eſt enim (IV.) locus ille : „ *Quoniam vero controuerſiae religionis, quae inter modo dictos Proteſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt compoſitae, ſed vlteriori compoſitioni reſeruatae ſunt, adeoque illi duas partes conſtituant* „ 6) etc. Planiſſime hic innuitur, rem euangelicam in *duas* diuiſam eſſe *partes*. Iam vero qui varias alicuius rei partes agnoſcit, earum coniunctione totum quoddam ſeu corpus effici, idem neceſſe eſt ſtatuat. Haec tamen vtcunque ſe habeant, non pigebit primores euangelicos corporis ſui iuribus potius per pacem Weſtphalicam, quam nomini prouiſum eſſe.

§. XIII.

Argumentis hiſce omnibus, per ſe procul dubio validiſſimis, quaſi cumulus accedit, cui plurimum, in publicis praeſertim rebus tribuitur, *continuus ac diuturnus vſus*. Statim nimirum a facta ſacrorum emendatione corporis qualitatem fortiter aſſeruit

6) *I. P. O. Art. VII.* §. 1.

ſibi euangelicorum procerum complexus, eaque vt principio timidiuſcule, ita mox vſus eſt liberius: quae, quum in *hiſtoria corporis noſtri* vberius atque ſpatioſius explicarim, multis iam repetere ſuperuacaneum duco. Iis tamen, quae ad huius illuſtrationem argumenti ab Euangelicis ipſis prolata ſunt, haud inepte hic locus dabitur. „ Nemo, aiunt illi, 1) eſſe nobis potuit impedimento, quo minus, quam primum ſeruitutis romanae intolerabile iugum excuſſimus, recuperata felici auſpicio ſentiendi libertate, arcto inuicem nexu copularemur, inito peculiari corpore, non ad profanas rationes, ſicut falſo ab inimicis iactatum fuit, vel ciuilia conſilia, ſed propugnandae duntaxat religionis, eiusque ſeruandorum iurium cauſſa conſtituto. Cui quidem corpori eam ſtatim indolem ac formam dedimus, quae optime videretur conſequendo fini propoſito inſeruire. Nec vero Catholici hoc noſtrum de communibus negotiis conſultandi, noſtraeque partis curandi ſalutem et compoſito quodam ordine proprium aliquod corpus ſeu collegium inſtituendi ius in litem vnquam vocarunt, verum ipſi potius noſtrum ſequuti ſunt exemplum. Quare non modo quum de pace religioni euangelicae concedenda laborioſe, vt inter omnes conſtat, actum; ſed poſtea quoque, et in comitiis et extra illa, quam primum de cauſſis ad religionem pertinentibus quaeſitum eſt, facta receſſione pars quaelibet disiunctim deliberauimus, crebro inter

1) In litteris illis pulcherrimis die XVI. Nouemb. MDCCXX. ad Carolum VI. Caeſarem datis, apud SCHAUROTHIUM *T. II. pag.* 792. *ſqq.*

nos, vbi de ſententia conuentum erat, Caeſare ipſo medias partes gerente, tranſigendo: quod quidem acta illius temporis abunde teſtantur. Dehinc proprio ſub moderamine cum grauamina noſtra, tum concluſa publice nunquam non, citra cuiusquam reprehenſionem a nobis exhibita, nec vllum ius omiſſum, quod a corpore aliquo exerceri ſolet, vnde iam anno MDLXXXII. in comitiis Ratisbonae celebratis illa ipſa, qua vtimur, collegii qualitas, *moris maiorum* nomine inſignita fuit. Ipſi quoque Catholici repetitis vicibus, inprimisque anno ſaeculi decimi ſeptimi tertio *vota communia* tulere, abrogato in cauſſis religionis in tribus imperii collegiis ſententias dicendi modo, ſuisque, ſi qui forte id improbarent, acriter increpitis, quo ſane pacto iura ſeparationis haud immerito videri poſſunt agnouiſſe. Manifeſtius adhuc anno MDXCVIII. publice in comitiis Auſtriaci legati iuſſu Caeſaris teſtati ſunt, cauſſas ad religionem ſpectantes in diuerſis pertractari collegiis debere, ita quidem, vt Catholici vnum eorum, alterum Euangelici efficiant. a) Multo autem clariſſimam his lucem adfudit ipſum pacis Weſtphalicae negotium, quod

a) Verba ipſa haec ſunt: „ Sie könnten von wegen Ihro kaiſerl. Majeſtät unangezeigt nicht laſſen, daß ein Unterſchied zu halten in den Sachen; dann was die Gewiſſen beträfe, dieſelbige Sachen wären bei dem Religionsfrieden zu laſſen, wie dann in ſolchen nicht, wie in andern Sachen, ſondern durch ſondere Räthe gehandelt, alſo daß die Catholiſche einen beſondern Rath, die andere auch einen beſondern gehabt. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 793.

quamdiu perdurauit, disiuncta plane corpora vtriusque religionis proceres conſtituimus, vt omnino tamquam de parte ad partem ageretur; cuius rei loca plurima tabularum pacis documento ſunt. Satis erit prouocaſſe ad Articuli V. §vum 52. quo in legem ſcriptam tranſiit Euangelici Corporis qualitas. Nec illud ſilentio premere conueniat, exemplar pacis tertium deſcriptum tabulario Saxonis, vt moderatoris, illatum praeterque ea ipſo in negotio vnum ex iſtius ſcribis conſignandis actis publicis adhibitum. Iam illud quidem dici vix poteſt, quoties poſt perfectam pacem agnitum ac firmatum fuerit ius, quo fruimur, proprii corporis. In pacto illo celeberrimo de regia dignitate domui boruſſicae conferenda (tractatum de corona vocant) anno MDCC inito, Corporis Auguſtanae confeſſionis claram mentionem iniecit Caeſar LEOPOLDUS. 3) Neque *palatino electori* grauius viſum, miſſos anno MDCXCVIII. a Corpore Euangelico legatos recipere, nec in dicendo modo, ſed per litteras quoque corporis ei nomen largiri. 4)

3) „Daß ihre kaiſ. Maieſtät ſolche Religions-Grauamina, ſobald dieſelbe von dem *Corpore Auguſtanae Confeſſionis* an ſie allerunterthänigſt werden gebracht werden — — zu erörtern, ſich ſorgfältigſt angelegen ſeyn laſſen wollen.„ SCHAUROTH *T. II. pag.* 823.

4) Propria ipſius verba ſubiicio: „Ihro Churfürſtl. Durchlaucht wolten übrigens der eigenen Abſchikung, womit das *Corpus* der Geſandten *A. C.* Verwandten Ihro Churf. Durchl. vorgekommenen Klage und Ihre landesfürſtliche väterl. in dem Weſtphäliſchen Frieden

Nunc ſi mutatis rationibus tollere inter ſe communem illum corporis nexum voluerint Catholici, huic propoſito nec poſſumus obeſſe nos, nec volumus.

fundirte Verordnung und Wohlmeinung Recht und Fug, ſolcher Geſtalt zu erkennen geben, daß berührtes löbliches *Corpus* alle widrige impreſſiones verhoffentlich fallen laſſen — — werden. „ FABRI Staatskanzley *T. IV. p.* 109. Agnouit hoc idem *Moguntinus elector :* „ Ihre Churfürſtl. Gnaden hätten ſich dergleichen nicht verſehen, indem man ſich von Seiten *Corporis Euangelici* ſelbſt unterm 29. Nov. 1698. gegen Ihre Fürſtl. Gnaden zu Salm engagiret hätte, cet. „ Staatskanzley *T. XXXV. pag.* 366. Ex eadem nota *teutonici ordinis magiſter :* „ Man keine Scheu genommen, das Werk ſogar bei dem *Corpore Auguſtanae Confeſſionis* vorzutragen und gleichſam eine Religionsſache daraus zu machen. „ et deinceps : „ was ſolchergeſtalten aus denen Reichs-Deliberationibus für ein confuſum chaos werden könnte und müßte, wenn ſolcherlei Dinge, welche mit dem Religionsweſen die geringſte Connexion nicht haben, nichts deſtoweniger *ad Corpus Proteſtantium* gezogen werden wollten. „ Staatsk. *T. XXIV. pag.* 174. *ſq.* Eumdem plane in ſenſum *Spirenſis Epiſcopus :* „ Was beſagte Burgermeiſter und Rath (der Stadt Speyer) ſowohl gegen Ihro kaiſ. Majeſtät und Dero höchſte Gerichte ſelbſt, als gegen die hochfürſtliche Perſon, und die geſammte Catholiſche, beſonders im Hochſtift Speyer, bei dem *Corpore* der

Nobis autem quod ab omni tempore vi ſumma propugnauimus, tali arte auferri nequit vetuſtiſſimum nec vſu minus, quam expreſſis legibus munitum proprii corporis ius. „

§. XIV.

Catholicos ipſos etſi *peculiare in corpus coiuiſſe* ſupra iam data occaſione paucis traditum eſt, idem tamen nunc, quo diſtinctius cognoſcatur, ſeorſim explicabo. Iam id quidem vix admonitione vlla eget, Corporis huius Catholicorum rariora, quam noſtri, deprehendi in actis publicis veſtigia. Nam quum longe iſti numero praeualeant, quod hoc iure corporis, introducto potiſſimum ad declinandam laeſionem, ex maiore numero ſuffragiorum alterius partis oriundam, rarius vtantur, adeo mirum non eſt, vt mirum ſit illud potius, vllum eius iuris vnquam inter

Augsburg. Confeſſion Verwandten Herrn Ständen in facie totius imperii zu produciren ſich —— erkühnet. „ Staatsk. *T. XXVIII. pag.* 4. Alio loco *Fuldenſis abbas*, ob artic. decimum capitulationis perpetuae, quem vel omitti, vel mutari certe Boruſſorum rex poſtulabat: „ Deme auch das *Corpus Euangelicum*, ſub praetextu religionis, anfange Beifall zu geben. „ paucisque interiectis: „ Ich habe vermeinet, man würde dieſes königl. preuſſiſche Anſuchen vno ore wiederſprechen; maſſen jezt erſt vernehme, daß auch das *Corpus Euangelicum* auf eine Aenderung gemeldten Articuli inclinire. „ Staatsk. *T. XXIV. pag.* 187. *ſq.*

ipſos vſum fuiſſe. Praeter ea ſentiendi aurea libertas, quae magis regnat inter Auguſtanae confeſſioni addictos, vt per ſe optima eſt ac humano generi ſaluberrima, ſic intimum tamen illud et velut ſacramenti religione adſtrictum ſuae tantummodo partis ſtudium, quo tantopere nititur res catholica, nullo modo admittit. Nobis aperta omnia et manifeſta placent, tectis illi et ignotis delectantur, quorum vtrumque, pro varia indole rerum, iam vtilitati eſſe, iam incommodo poteſt. Accidit hinc, vt neque ipſa Corporis Catholici comitia, nec quae in iis acta fuerint, ad cognitionem publicam perueniant. 1) Aliqua tamen hac in re nobis indulſit fortuna. Namque adminiſtratio caeſarea, quae Coloniae Agrippinae de Oedenkirchiana reſtitutione

1) „Die Conferentien des Corporis Catholicorum werden, wo nicht auf dem Reichstag Sachen vorkommen, die de corpore ad corpus verhandelt werden, ſo viel wiſſend iſt, ſehr ſparſam gehalten und noch ſeltener, kaum in vielen Jahren, wird ein Vorſtellungsſchreiben an den Kaiſer erlaſſen; weil ſie wohl wiſſen, daß der Kaiſer und der Reichshofrath ex officio für ſie ſorgen und ihnen nicht zu nahe geſchehen laſſen, auch Chur Maynz überall ſeinen Reichsvicekanzler dabei hat, welcher ſich des Intereſſe Catholicorum auf eine dem Gegentheil nicht ſo in die Augen fallende und doch nachdrüklichere Art, als durch Schreiben geſchehen kann, anzunehmen Gelegenheit hat, zumalen da er ſelbſt in allen dergleichen Sachen den Vortrag an den Kaiſer hat.“ J. J. Moſer im teutſchen Staatsrecht *T. X. p.* 471. §. 6.

iudicatura conuenit, in litteris d. IV. Mart. MDCCXI. datis manifeſtam Corporis Catholicorum iniecit mentionem. 2) Elector ipſe Moguntinus, qui comitiis imperii moderatur, agnouit illud; 3) quod quidem reliqui etiam catholicorum procerum ad comitia legati ſaepiſſime fecerunt. 4) Nec in *appellatione* ſola

2) „ Wann von dem auf dem Reichstag zu Regensburg verſammelten *Corpore Catholicorum*, &c. „ Staatskanzley *T. XVII. pag.* 46.

3) „ So würde man es nicht mit Ihrer Churf. Gnaden und des Herrn Pfalzgrafen Durchl. ſondern mit Ihrer kaiſ. Majeſtät und dem ganzen Catholiſchen *Corpore* — zu thun haben. „ Staatskanzley *T. XXXV. pag.* 369.

4) Videatur „ des Catholiſchen *Corporis* weitere Erklärung, ſowohl wegen der *Clauſulae Religionis Art. IV. Pac. Rysuic.* als auch wegen der künftigen *recuperandorum*, communicirt den 29. Sept. 1709. „ in Ant. Fabri Staatskanzley *T. XV. p.* 156. *ſqq.* vbi „ : Man könnte dahero von *Corporis Catholicorum* wegen auch die ganze ehrbare Welt urtheilen laſſen rc. „ et ſtatim „ : Man wollte dahero zu denenſelben ſich dahin verſehen, ſie würden auf die am Dienſtag communicirte des Catholiſchen *Corporis* in puncto praedictae Clauſ. Relig. Artic. IV. Pac. Rysuic. ausgeſtellte — Declaration in gutem Vertrauen ſich näher vernehmen zu laſſen, von ſelbſten belieben. „

ſubſiſtendum nobis eſt, ſed praeſto ſunt et quaedam comitiorum Corporis Catholici *acta*. Celebratus eſt die VII. menſis Iulii MDCCIII. in *cauſſa religionis*, Ratisbonae, in coenobio, cui a Dominico nomen eſt, conuentus. Retulit ad corpus, vt director, Moguntinus; dictae dein ſententiae, factumque tandem conclusum eam in ſententiam, quae maiori parti placuiſſet. 5) Alterum habuimus die VIII. Maii anno MDCCXXIX. in illa memorabili *lite Zwingenbergica* exemplum, eumdem plane in modum; niſi quod, diſtinctius adhuc priori, ipſa ſingulorum membrorum ſuffragia nobis exhibet. 6) Quae quum ita

5) ANTON. FABRI Staatskanzley *T. IX. pag.* 51 — 55.

6) ANT. FABRI Staatskanzley *T. LIII pag.* 236—247. Hinc MOSERUS „: Es iſt zwar an dem, daß die Catholiſche von denen unter ſich verhandelnden Sachen reinern Mund zu halten pflegen, als die Evangeliſche; jedoch hat die Erfahrung belehret, daß eben nicht gar unmöglich iſt, dahinter zu kommen; wie dann Z. E. in der Zwingenbergiſchen Sache zu ihrem groſſen Verdruß manches wieder ihren Willen bekannt worden iſt, und wurde beſonders Anno 1728. M. Iul. berichtet, daß ſie ſich bei einer im Dominicaner-Kloſter gehaltenen Conferenz mit einander gezankt hätten, daß das Protokoll von der vorigen Conferenz public worden und in der Evangeliſchen Händen gekommen ſeye; deſſen ohnerachtet aber wurde das leztere doch auch wieder public. „ Von der teutſchen

ſint, quid eſt quod impediat Euangelicos, miſſa defenſione laborioſa, acquieſcere in Horatiano illo:

hanc veniam petimusque damusque viciſſim?

Ac ſi cui forte minus auctoritatis ineſſe poëtae praecepto videatur, ſanctiſſimum tamen illud iuris publici germanici praeceptum valebit, quo inter vtriusque religionis proceres mutua exactaque conſtituitur aequalitas vt, quod vni parti iuſtum eſt, idem ſit et alteri iuſtum. 7) Quapropter quum proprium in corpus coierint Catholici, non poterit profecto, quod eodem plane iure ſint vſi, vitio verti Euangelicis. 8)

CAPUT

Religions = Verfaſſung, *Libr. III. Cap.* 5. §. 6. *pag.* 800.

7) *I. P. O. Art. V.* §. 1.

8) Praeclare igitur in litteris illis ſaepius laudatis, quas die XVI. Nouembris MDCC. ad Caeſarem perſcripſere, ſequentia proteſtati ſunt: „ Sie, die Catholiſche Stände, haben ihrer Seits ſich gleichfalls zuſammengethan und zu Beſorgung ihrer auch gemeinſamen Angelegenheiten eben ſo ein Corpus formiret und ſelbiges nach ihrem Gutdünken eingerichtet „ ac deinceps: „ Man kann evangeliſcher Seits denen Catholiſchen Mitſtänden, wann ſie nun kein Corpus mehr ſeyn wollen, nicht wehren noch hindern, daß ſie von ihrer vorigen Meinung —— abgehen und keine vota communia weiters abzulegen begehren; dann dieſes bindet dem Corpori

CAPUT SECUNDUM.

De iuribus corporis euangelici.

§. I.

Satis, vt opinor, defenſa Corporis Euangelici legitima qualitate, *ipſa* nunc eiusdem *iura* explicabimus, e quibus merito primum ſibi locum vindicant, quae ex ipſa cuiusuis corporis liciti natura profluunt: quorum complexus quum in duas iterum partes abeat, prout nimirum *exercitium* eorum vel *intra corpus ipſum ſubſiſtit*, vel *ad exteros quoque porrigitur*, conuenientiſſimum duco, illa prius, dein haec perſequi.

§. II.

Iam primum igitur quod attinet iura, quae ipſa cuiusuis corporis liciti natura nituntur, antequam ſingillatim ea percenſeamus, *regula generalis* conſtituenda erit haec fere: *Quaecunque cum ſecuritate Corporis Euangelicorum iuriumque ipſius conſeruatione coniuncta et copulata ſunt ita, vt omiſſis iis nullo modo obtineri ſecuritas eiusdem atque conſeruatio poſſit, ea optimo ac indubitato iure ad curam ipſius*

Euangelicorum die Hände keineswegs, um ihres wohlhergebrachten Rechts ſich zu gebrauchen." Schauroth T. II. pag. 792. et 795.

et pertractationem pertinent omnia. Conſtare huic regulae rationem ſuam, facili negotio intelligitur. Nam et pax Weſtphalica et leges regiae Caeſarum, ſicut copioſe ſupra explicatum eſt, ius tribuunt imperii ordinibus foedera pangendi celebrandique conuentus pro ſua cuiusuis ſecuritate et conſeruatione. Iam qui finem ipſum probauit, non poteſt videri media ei conſequendo idonea noluiſſe. 1)

1) Mecum ſentit praeclarus harum rerum arbiter Ioan. Iac. Moserus von der evangeliſchen Reichsſtände Collegial-Rechten §. 12. „Der Osn. Fried. Art. 8. §. 2. erlaubt denen Reichsſtänden, Bündniſſe zu machen: pro ſua cuiusque ſecuritate et conſeruatione. Nun iſt der Saz bekannt: qui vult finem, vult etiam media; was alſo die geſammte evangeliſche Reichsſtände zu ihrer Sicherheit und Erhaltung nöthig halten, das iſt ihnen auch erlaubt.„ Profeſſi ſunt hoc idem Euangelici, in litteris d. XVI. Nouembris MDCCXX. ad Caeſarem datis: „dieſem Corpori haben ſie (Evangeliſche Stände) gleich anfänglich eine ſolche Einrichtung oder Geſtalt gegeben, wie ſie dafürgehalten, daß es zu Erlangung obbeſagten Zweks am nöthigſten und dienſamſten ſeyn könne, ohne daß die Catholiſche ſich befugt zu ſeyn hätten glauben ſollen, ihnen die Freiheit von ihren gemeinſamen Angelegenheiten unter ſich zu rathſchlagen und ihre gemeinſame Aufrechterhaltung auch gemeinſamlich zu beſorgen — — zu diſputiren.„ apud Schauroth *T. II. pag.* 792.

§. III.

Quae vero *ipſa cuiusuis legitimi corporis natura* contineantur et ad *interiorem* vice *corporis oeconomiam* ſpectent, quatuor potiſſimum eſſe arbitror iura. Primum videlicet huc refero *ius deliberandi*, alterum *ius concludendi*, tertium *ius proprii moderaminis*, quartum denique *ius conuentuum*.

§. IV.

Primum ergo, quem ad modum fert naturalis ordo, de *iure deliberandi* expoſiturus, illud quidem vix monendum puto, nequaquam poſſe hoc ius ab vllius natura corporis diuelli; quoniam, quae tandem faciant ad obtinendum finem propoſitum, niſi habitis antea conſultationibus diiudicari conſtituique non poteſt. 1).

1) „Die Particular-Berathſchlagungen —— —— welche ſowohl Catholiſch-als Evangeliſche, und zwar jegliche über die ſie allein angehende Dinge, nicht ad detrimentum reipublicae, ſondern blos und allein zu Conſervation eines jeglichen Rechten, in Corpore halten, ſind weder ungewöhnlich noch unzuläßig, wohl aber darum nöthig und von *ſaeculis* her *in Comitiis* gewöhnlich, weilen teſte experientia quotidiana ſich inter ſtatus et in Comitiis zuweilen Dinge hervorthun, in welchen dieſelbe, kraft des Osnabrükiſchen Friedensſchluſſes Art. V. v. 8. in cauſſis religionis §. 52. tamquam vnum corpus nicht conſiderirt werden können,

§. V.

Quaenam vero *res in deliberationem Corporis Euangelici cadant?* ardua et implicatiſſima ſequitur quaeſtio, in qua *negando* primum *remouendoque* minime huc eas ſpectare contendimus, quarum pertractationi iurisdictio aut imperium in ſingula corporis membra, nedum in exteros, ſeu qui non ſunt de corpore, cohaerent, quod nimirum omni tam imperio quam iurisdictione prorſus deſtitutum eſt, 1) vt

und wo ſie in partes gehen mögen, da auch alleine die gütliche Handlung und Vergleichung zwiſchen beiden Theilen ſtatt findet, folglich in dergleichen nothwendig jeder Theil ſeine Angelegenheit *ſeparatim* überlegen und darüber deliberiren muß. „ Ita Euangelici in litteris die XXIII. Maii menſis anno MDCCXVI. ad Caeſarem perſcriptis, apud SCHAUROTH *T. I. pag.* 367.

1) De iurisdictione in eos, qui non pertinent ad ipſum Corporis complexum, euangelici proceres publice teſtati ſunt ſequentia: „ Auch (kaiſerliche Majeſtät) bei genauer Unterſuchung nimmer finden werden, daß die Augsburgiſchen Confeſſions-Verwandte Stände bei einer einigen Sache ſich in merita cauſſae dergeſtalten gemiſchet, daß ſie denenſelben mit Abhandel- und Urtheil-Sprechung eingegriffen. „ SCHAUROTH *T. I. pag.* 367. Quoad iurisdictionem in membra corporis MOSERUS *T. X. pag.* 280. §. 4. haec fere praecipit: „ die evangeliſche Reichsſtände ſind qua tales

ab aliquo membro vlla de re vel referri ſaltem ad ſe mandare iure magiſtratus non poſſit, verum decentibus formulis rogare debeat. 2) Quodſi aliquando plus iuris ſumſiſſe ſibi viſum fuerit, inde illud ſine dubio accidit, quod in explicanda vera atque genuina propoſitae rei conditione ſimpliciori apertiorique dicendi genere erga inualidos vtitur, qui, quum auxilio corporis carere nullo modo poſſint, nec habent, cur paullo fortius ſecum agi moleſte ferant. 3)

einander alle gleich, ſo weit ſie auch ſonſt an Würden und Macht von einander unterſchieden ſeyn mögen; mithin haben auch weder einzelne, noch auch das ganze Corpus einem ihrer evangeliſchen Mitglieder, ſo wenig in Religions- als politiſchen Sachen das allermindeſte zu befehlen, noch ſich auch nur einigen Scheins einer Gerichtsbarkeit über dieſelbigen anzumaſſen. „

2) Plurima huius rei exempla ſiſtit Moserus *T. X. pag.* 283. *ſqq.* §. 7 — 13.

3) Moserus *T. X. pag.* 284. *ſq.* §. 10. „ Wenn es auch gleich je zuweilen das Anſehen hat, als ob das Corpus Euang. bei Evangeliſchen Reichsſtänden ſich ein mehreres herausnähme; ſo muß man doch den ganzen Zuſammenhang der Sache betrachten, da ſich dann allezeit ergeben wird, daß zwar freilich das Corpus Euangelicorum dann und wann mehr in die Materialia einer Sache hineingehet, als gegen einen höhern Stand geſchehen würde, ja daß ſogar einzelne evangeliſche Stände gegen andre ihrer evang. Mitſtände

Contra vero ſi ipſum aliquod membrum corporis ea ſuſceperit, quae iuribus religioni euangelicae per leges imperii pacemque inprimis Weſtphalicam conceſſis repugnarint, nociuos eiusdem conatus iure meritoque coërcebit Corpus Euangelicorum. 4) Eccur enim aduerſario velut in ſinu ſuo et complexu nato maiorem, quam externo hoſti, debeat lenitatem?

§. VI.

Quodſi tamen et *affirmatiue*, quaenam tandem cauſſae conſultationibus Corporis Euangelici ſubſint? dicendum fuerit, optime iterum ſub generali regula

einigermaſſen Befehlsweiſe verfahren, aber daß entweder ſolcher Stand ſelbſten den Anlaß dazu gegeben hat, oder der andere evang. Stand beſondere Gerechtſamen in ſolcher Stadt hergebracht hat, oder das Corpus, wo zumalen innerliche Spaltungen über ſolcher Sache in einer Reichsſtadt obwalten, oder das gemeinſchaftl. Intereſſe der Evangeliſchen eine Conformität erfordert, ſeine Meinung, wie in der Sache verfahren werden könnte, eröfnet. „ ꝛc.

4) Hanc regulam, ex ipſa ratione et natura rei expreſſam ita, vt ineptus videri poſſit, qui curioſius eam defendere velit, impugnauit aliqua ex parte NELLERUS in *Medit. acad. de origine, progreſſu et iuribus Corp. Euang. in imp. Cap. III.* (in ANT. SCHMIDT *Theſauro iur. eccleſ. potiſs. germ. T. V. pag.* 19. *ſqq.*

comprehendi omnia poſſe puto, vt nimirum, *quaecunque res pertinent ad conſequendum finem corpori noſtro propoſitum, qui ſitus eſt in ſecuritate atque conſeruatione religionis euangelicae iuriumque ipſius, de iis vniuerſis rite legitimeque deliberari ſtatuamus.* 1)

1) Operae pretium facturus mihi videor, ſi auctorum iuris publici circa hanc regulam conſenſum, ipſis quorundam locis allatis, illuſtraro. MOSERUS, a quo his in rebus ſemper principium duci fas eſt, *T. X. pag.* 164. ſequentia habet: „Die Materien, wovon bei oftgemeldten Conferentien gehandelt wird, ſind alle Sachen, welche das evang. Religionsweſen in dem Reich, oder auch ſonſt das gemeinſame Intereſſe der evang. Reichsſtände, oder auch übrigen Evangeliſchen im Reich, mittelbar oder unmittelbar betreffen und entweder von ein oder anderem Stand oder Glied des Reichs ſelbſten bei dem Corpore anhängig gemacht, oder welche von dem Directorio oder andern Ständen dafür angeſehen werden, daß es die Nothdurft erfordre, ſich derſelben ex officio und ununterſucht anzunehmen.„ GOD. DAN. HOFFMANNI, in Comment. *de voto Euangelicorum communi* §. 5. haec ſunt: „Concluſa Corp. Euang. non de rebus proprie ita dictis comitialibus, ſed iis ſolummodo, quae priuatiue ad Corpus Euangelicum —— —— ſpectant, atque ad tuendam conſeruandamque religionis ipſorum ſecuritatem ſecundum pacis relig. et Weſtph. normam, arg. huius Art. V. §. 31. faciunt.„ His conferendi ſunt DIET. HERM. KEMMERICH *Introduct. ad*

Immenſum opus foret, huiusmodi cauſſas omnes narrando complecti velle: nec ſane vllo pacto id fieri poteſt, quoniam pro diuerſis temporum rationibus aliae ſemper atque aliae factorum ſpecies oriuntur. Quapropter tutiſſima erit regula illa generalis, ad quam, quaecunque olim etiam euenerint, referri tamquam ad Lydium lapidem poſſunt. Quae tamen hucuſque praecipuae illius generis cauſſae fuerint, paucis tradere experiar.

§. VII.

Iam primum quidem merito huc referuntur deliberationes eum in finem inſtitutae, vt, quicquid religionis cauſſa ſancitum eſt legibus publicis, prorſus ſeruetur, neu quid ex eo ratione vlla imminuatur, iuriumque omnium parti euangelicae competentium perpetua ſit ac diligens cuſtodia. 1) Praecipue cura ingens praeſtanda erit illi, qua totius imperii

ius publ. imperii L. VI. C. 3. §. 9. pag. 1215. ſq. Gottl. Sam. Treuerus *de Comitiis Corporis Euangelici Cap. III.* §. 10. **Joh. Chriſt. Maier im teutſchen geiſtlichen Staatsrecht** *P. I. p. 168. ſq.*

1) „ Da in Corp. Euangel. allein von Vertheidigung der hohen Gerechtſame der evangeliſchen Stände, auch Gewiſſensfreiheit Ihrer ſelbſt und ihrer Glaubensgenoſſen durch geziemendſte Vorſtellungen aus denen Reichs-Satzungen und dergleichen gehandelt wird. „ Schauroth *T. I. pag.* 373.

tranquillitas et ſalus nititur, mutuae exactaeque inter vtramque religionem eique addictos aequalitati, cuius quidem ſumma in eo conſiſtit, vt, quod vni parti iuſtum eſt, idem ſit et alteri iuſtum. 2) Praeter et vt ſtatus anni decretorii, quo neglecto nunquam vacabit ab inteſtini belli malis Germania, 3) maneat illaeſus, ſtatim reſciſſo, ſi quid forte in contemtum eiusfactum fuerit, legitimam ſine dubio conſultationibus Corporis Euangelici materiam praebet. 4) Pertinet huc porro cura prouidendi, vt et numero vigeat et concordia corpus ipſum, nec quisquam vel inuito ei vt membrum obtrudatur, qui tale non fuerit, vel ſi fuerit, praeter ius fasque ab illo abſtrahatur. 5) Interdum iis quoque de rebus, quae ſunt ad comitia imperii delata, ſi Euangelicorum maiorem in modum interſit, in corpore prius conſilium capi, dicique communi nomine ſententia ſolet. 6) Ante omnia

2) Ill. Maierus *loc. cit. pag.* 169.

3) Schauroth *T. I. pag.* 818.

4) Georg. Christ. Gebauer *de iure Corporis Euangelici valide intercedendi mutationibus ſtatus anni decretorii Sect. IV.*

5) Ill. Maierus *loc. cit. pag. eadem.*

6) Diet. Heim. Kemmerich *Introd. ad ius publ. imp. pag.* 1216. et Moserus *T. X. pag.* 164. „Sonderbahrlich wird auch in den Conferentien des Corp. Euang. das in vorgängige Uiberlegung gezogen,

denique in deliberationem corporis veniunt leges publicae, religionis intuitu vel perferendae demum, vel interpretatione aliqua illuſtrandae. 7)

§. VIII.

Iuri deliberandi arctiſſimo nexu copulatum eſt *ius concludendi*. Conſultationum enim omnium non

was an den ganzen Reichsconvent gebracht wird, wann die evang. Stände und Glieder des Reichs dabei intereſſirt ſind, und werden in dieſen Conferentien die etwa nöthig befindende gemeinſchaftliche Vota der geſamten evangeliſchen Stände in den drei Reichscollegien verabredet und aufgeſezet. „ Exemplum huius rei habemus in eligendis imp. deputatis, de quo videatur God. Dan. Hoffmanni *Diſſ. de iure Corp. Euang. ſuae religionis deputatos imperiales ſorſim eligendi*, inprimis §. 25. *ſqq.*

7) Arg. *I. P. O. Art. V.* §. 50. „ Si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſſis pacem religioſam, aut hanc transactionem tangentibus reſultet, de eo in comitiis vel aliis imperii conuentibus, inter vtriusque religionis proceres non niſi amicabili ratione tranſigatur. „ Conferantur, quae ad hunc locum *Cap. I.* §. 12. monuimus. Ampliſſimum cauſſarum, de quibus in conſilium ire ſolet Corpus Euangelicorum, recenſum egit Ioan. Car. Koenig diſq. *de modo et iure intercedendi Corp. Euang. tam in cauſſis religionis, quam politicis*, in *docum. illuſt. N. II.* pag. 68. *ſqq.*

alium finem eſſe, quam vt, prolatis ſingulorum ſententiis, commune tandem totius collegii decretum perficiatur, nemo ignorat. Quare antiquata recentiori tempore corporis ſui concluſa quaedam eſſe, 1) tanto indignius tulerunt Euangelici, quod illud concludendi ius ipſa cuiusuis corporis natura continetur. 2)

§. IX.

Licet autem quicquid conſtituerit Corpus Euangelicorum, adſumta generaliori ſignificatione, concluſum vocetur, diligentius tamen rem conſiderantibus inter *concluſa* eiusdem et *vota*, quae dicunt, *communia* patebit magni momenti diſcrimen inter-

1) Vid. SCHAUROTH *in praefat. T. III. pag.* 4.

2) „Des Evangeliſchen Corporis bei 2 Saeculis her gebräuchliche Schlüſſe ſind keine gemeinbündige Sachen, Urtheile oder im Reiche geltende Verordnungen, ſondern gehören vor die Evangeliſchen Stände unter ſich, und ſind daher um ſo weniger einer Caſſation unterworfen, als ihre gegeneinander gemachte und unter ihnen allemahl feſtſtehende Verbindungen den Reichsgeſezen gemäs und wohl hergebracht, folglich allemal rechtsbeſtändig, hingegen die einige Zeit herfürgebrochene Caſſationes aus ungleichen Vorſtellungen gefloſſen, und ganz neuerlich und in vorigen Zeiten nicht wohl erhöret ſind. SCHAUROTH *T. II. pag.* 781.

cedere. 1) *Concluſa* enim *Corporis Euangelici* de rebus ad ipſum vnice corpus eiusque interiorem ſtatum pertinentibus conduntur 2), perque ea inprimis etiam ſententiae ac normae collegiales ſtabiliri ſolent, 3) quod plerumque accidit, vbi de vera mente alicuius loci dubii tabularum pacis Weſtphalicae explicanda agitur, ita quidem, vt interpretationi a Corpore Euangelicorum factae, quicunque huic ratione vlla ſubſunt, ſtare vsquequaque teneantur. 4) *Votorum* vero *communium* appellatione nobis

1) Omnino hic conferenda eſt GOD. DAN. HOFFMANNI pereruditā commentatio *de voto Euangelicorum communi*, quae primum prodiit Gieſſae 1740.

2) Profitentur id Euangelici ipſi: „ des Evangeliſchen Corporis bei 2 Saeculis her gebräuchliche Schlüſſe ſind keine gemeinbündige Sachen, Urtheile, oder im Reiche geltende Verordnungen, ſondern gehören vor die Evangeliſchen Stände unter ſich. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 781.

3) Qua de re pluribus expoſuit Joh. Jac. Moſer von der evang. Reichsſtände Collegialrechten §. 15. *ſq.*

4) Praecipuam huius obligationis concluſorum Corporis Euangelici ſpeciem prolixius exſequitur Joh. Jac. Moſer's nochmals befeſtigte Verbindung derer evangeliſchen Reichsgerichtsbeiſizere an die Schlüſſe des *Corporis Euangelicorum*. Frankf. und Leipz. 1777.

veniunt declarationes ſuper cauſſis in comitiis imperii pertractatis, circa quas vtriusque religionis proceres in ſententiarum diuortia eunt, ſolique adeo amicae compoſitioni locus eſt, a Corpore Euangelico Corpori Catholicorum, vnius ore, omnium autem nomine expoſitae. 5)

§. X.

Haec *vota communia* quamuis nonnullam habere cum *votis curiatis* ſimilitudinem videantur, re ipſa tamen pluribus modis ab iis differunt, quod ſagaciſſimus eorum interpres God. Dan. Hoffmannus 1) egregie explicauit. Primum enim vota *curiata* a collegio electorum principumque ac ciuitatum, nulla religionis ratione habita dicuntur; *communia* vero tantummodo ab Euangelicis et Catholicis, religionis intuitu duas partes conſtituentibus, nullo reſpectu trium imperii collegiorum, dignitate ac ordine imparium, ferri ſolent: deinde in votis *curiatis* locus eſt pluralitati ſuffragiorum, quae in *communibus* votis per naturam rei exulat, quoniam illorum quidem tria, horum vero non niſi duo ſunt, quibus igitur inuicem discrepantibus idem eſt vtraque in parte momentum. 2)

5.) G. D. Hoffmann *de voto Euang. communi* §. 3.

1) *Comment. cit.* §. 4.

2) Genuinam rationem votorum communium praeclare illuſtrant ſequentia Euangelicorum: „ Dann in der

§. XI.

Tam concluſa quam vota communia Corporis Euangelici omnia *ſecundum ſuffragiorum maiorem numerum* conficiuntur. Hanc enim circa rem nihil eſt in legibus imperii de corpore noſtro ſancitum, quod a communi cuiusuis natura corporis vllo modo ab-

Thaͤt ſelbſt nichts unſchuldigers in der Welt, als daß die Evangeliſchen in Dingen, die nicht gleich durchgaͤngig alle Staͤnde auf einerlei Art, ſondern die Evangeliſchen in communi beſonders intereſſiren, dieſe darinn gemeine conſilia faſſen und zu Verhuͤtung, daß ihnen per maiora Catholicorum nichts zu ihrem Nachtheil geſchloſſen werde, zuſammen ſtehen und cauſſam communem machen, ſolche ihre gemeine Meinung auch communi voto zu erkennen geben, nicht denen Herren Catholiſchen etwas abzudringen, ſondern zu verhuͤten, daß dieſelbe denen Evangeliſchen nichts abdringen und abpochen moͤgen, nicht die Reichsverfaſſung umzuſtuͤrzen, ſondern ſie zu erhalten, als welche von uralten Zeiten her will, daß der mehrere Theil uͤber den wenigern nicht dominire, ſondern, wie freie und gleiche Staͤnde, als boni ciues miteinander handeln, ſich freundlich uͤber die vorfallenden Dinge verſtehen, ſich guͤtlich vernehmen, die beiderſeits habende rationes conferiren und alſo ſich amicabiliter eines gewiſſen vergleichen." SCHAUROTH *T. I. pag.* 298. Dignus eſt etiam, qui huius rei cauſſa adeatur, HENNIGESIUS *Meditat. ad inſtrum. pac. Spec. V, p.* 755.

horreat, verum vniuerſa potius eidem relicta. Quare quum non poſſint in collegiis ſingulorum ſpectari ſententiae, quia

Mille hominum ſpecies et rerum diſcolor vſus,
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno:

nihilo tamen minus concluſum aliquod formandum ſit, in quo videlicet ſumma totius collegii vis conſiſtit; non eorum tantum, qui de iure naturali ſcripſere, pleniſſimo conſenſu 1), ſed communi quoque collegiorum omnium conſuetudine 2) inualuit

1) Hugo Grotius *de iure belli ac pacis L. II. Cap.* 5. §. 17. cui iungendus eſt vir natalium ac muneris ſplendore minus etiam, quam doctrina et ingenio illuſtris Wig. Xav. Aloys. *de* Kreittmayr in eruditiſſimis *Notis ad Codicem Maximilianeum bauaricum ciuilem. P. V. Cap.* 30. §. 8. *pag.* 1863. *ſq.*

2) Ad quam, licet diuerſiſſima occaſione, in tractatibus de pace Weſtphalica prouocarunt Catholici ipſi: „ die maiora vota ſind in = und auſſerhalb des Reichs in allen gemeinſamen Conſultationen, je und allewege für das einzige Entſcheidmittel gehalten worden, wie dann vermög aller anderer Königreich und Republiken üblicher Obſervanz, auch in aller Völker Rechten und Reichsabſchieden de Annis 1512. Es ſollen etc. ibid: und was dieſelbe ſo erſchienen ſind, oder der mehrer Theil aus ihnen ꝛc. 1521. §. Würde ſich ꝛc. verbis:

atque obtinuit, vt ex maiore numero ſuffragiorum decreta et concluſa corporum fiant. Quidni ergo prodigii inſtar videatur, hoc ius et natura rei et vſu gentium firmatum, a quo ne ipſi quidem Catholici abſtinuerint, miris animorum motibus toties adduci in dubitationem potuiſſe? Nam quum pace Weſtphalica diſceſſionis in partes fundamenta contineantur, eaque religionis potiſſimum introducta ſit gratia, optimo iure omnis haec cauſſa iis accenſetur, de quibus remota parte altera ſeiunctim deliberat Corpus Euangelicorum et quem ad modum fert cuiusuis collegii natura, id eſt, ſecundum ſuffragia plurima conſtituit.

§. XII.

und dem, ſo durch den mehreren Theil beſchloſſen worden, Folge thun ꝛc. 1522. §. Welcher Geſtalt ꝛc. ibi: und wie ſie alle, oder der mehrer Theil unter ihnen beſchloſſen ꝛc. 1555. §. Und damit die Obriſten ꝛc. verbis: mehreren Theils beſchloſſen wird ꝛc. 1559. §. dieſen Beſchwerden ꝛc. ibi: durch den mehrern Theil ꝛc. 1576. §. Da dann die Sachen ꝛc. ibi: beim mehrern gelaſſen werden ꝛc. 1594. §. Da dann die Sachen ꝛc. in verbis: bei den mehrern gelaſſen worden ꝛc. Die maiora vota ein ſolch wohlgegründetes fundament haben, daß ohne dieſelbigen einige Conſultationes mit Nuzen und Frucht nicht angeſtellet, noch etwas in Sachen geſchloſſen und verabſchiedet werden kann. „ Apud IOAN. GOD. *de* MEIERN *Actor. pacis Weſtph. T. II. L. XV.* §. 3. *pag.* 563.

§. XII.

Duplex illud ius, deliberandi nimirum et concludendi, ſine quo non poteſt eſſe vllum corpus, vt rite atque compoſite exerceatur, *peculiari* opus eſt *regimine*, quod vocabulo minus latino *directorium* vocant. Qui poſſit enim tantus procerum complexus ſine ordine ac rectore certo ſtare?

§. XIII.

Moderaminis huius ſingulas *viciſſitudines* perſequi longum foret 1); praecipuas tamen ex latifundiis hiſtoriae trium fere ſaeculorum res continentis in vſum noſtrum transferemus. Iam primum ergo quum ipſa emendationis ſacrorum initia orta in Saxonia ſint, eiusque principes miram ſemper in iſta propugnanda et incredibilem prorſus comprobarint conſtantiam, facili negotio effectum eſt, vt in conſtituendis iis, quae ad curam illius rei pertinebant, reliquorum ſuperarent auctoritatem, cuius quidem praerogatiuae nec ea fuit vltima ratio, quod a nemine tum temporis potentia et opibus vincerentur. 2) Nec tamen, ſi vim verborum

1) Propria exſtat ANG. IOAN. DAN. AEPINI Diſſ. hiſtorica *de directorio Corporis Euangelicorum.* Roſtochii 1757.

2) IOAN. FRID. PFEFFINGER in *Vitriar. illuſtr. T. III. pag.* 935. *III.* 2. AEPINUS *Diſſ. cit. Cap. II.* §. 3. GOTTL. SAM. TREUERUS *de comitiis Corp. Euang. Cap. III.* §. 3. *pag.* 73.

diligentius ſequamur, poteſtas illa, qua tum valuere, moderaminis nomine inſigniri ſatis commode poteſt. Scilicet in omni rerum natura nihil ſimul et incoeptum et perfectum, ſed paruis a principiis ad ſummum illud, quod quidem conſequi potuerunt, maxima quaeque videmus perueniſſe. Itaque primum non niſi ius quoddam praecipuum habuit Saxoniae elector, quod et ante ceteros animum ad repurgata ſacra adplicaſſet et propter vires eximias praecipua dignatione gauderet. 3) Praeter ea omnis illa Euangelicorum inter ſe conſociatio vnice videbatur ciuilis belli metu facta, vt ſi, quod aequum et optabile erat, ſeparata diuinarum humanarumque rerum manſiſſet ratio, illarumque cura animo cuiusuis relicta, mox ſine dubio futurum fuiſſet, vt iſtius conſociationis memoria omnis oblitteraretur. At enim vero ſacra tum temporis et profana vno impetu diſtracta, quoque magis premebatur recens inſtituta doctrina, eo plures ad ipſam defendendam conſurrexerunt; vnde proprii corporis forma et indole adſumta paullatim, moderamini quoque ratio ſua magis in dies conſtare

3) Prorſus hac in re mecum ſentit NELLERUS Diſs. *de origine, progreſſu et iuribus Corp. Euang. in imperio Cap. II.* §. 11. *in* ANT. SCHMIDT *Theſauro iur. eccleſ. T. V. pag.* 16. „Rem Proteſtantium iam inde a naſcente dogmatum nouitate curabat potiſſimum elector Saxoniae et quamuis *directoris* nec nomen nec vices proprie tulerit, praecipua tamen quadam ſolicitudine circa religionis negotium verſabatur.“

coepit. 4) Poſtquam vergente ad finem ſaeculo decimo ſexto, propter multa periculorum praeſagia, pauor ingens iniectus Euangelicorum animis erat, initio ſequentis ſaeculi contracto foedere (*vnionem* appellarunt) ad Palatinum electorem ſumma rerum deferebatur 5), moleſtius id ferente Saxone, qui in cauſſis religionem ſpectantibus ſibi vni moderamen competere aſſerebat. 6) Mox dira tricennalis belli ſequuta ſunt tempora, cuius initio ſtatim fracto perculſoque FRIDERICO Palatino, diſturbatum foedus inter Euangelicos et ipſum eius moderamen ſublatum fuit. 7) Succeſſit quidem in hanc curam Saxoniae

4) Hanc hiſtoriae antiquioris partem ex induſtria preſſius trado, copioſe a me explicatam in *Hiſtoria Corporis Euangelicorum. Kehl* 1784.

5) Hiob Ludolff's Schaubühne der Welt *T. I. pag.* 308. SAM. PUFENDORF *de rebus Suecicis L.* 1. §. 18.

6) „ Porro praeter Pontificios iſtam vnionem auerſabatur quoque Ioannes Georgius Saxoniae elector, aemulatione in Palatinum, quod ſibi, Proteſtantium antiquiſſimo et potentiſſimo, praecipuas deberi partes putaret, ſi quid communi iſtorum nomine gerendum foret. „ SAM. PUFENDORF *de reb. Suec. L.* 1. §. 18.

7) Hiob Ludolff's Schaubühne der Welt *T. I. ad annum* 1621. *pag.* 16.

elector 8), indicto Lipſienſi conuentu, anno MDCXXXI. celebrato, verum ad ſeruandum Germaniae ſtatum, conuellendamque auſtriacae dominationis immenſam molem alio tum vindice opus erat. Deſtinarant ac veluti ſepoſuerant huic propoſito fata GUSTAUUM ADOLPHUM, ſummum illud ſui et futuri temporis decus. Iam vero quamdiu imperium omne timore ac victoriis impleuit fortiſſimus regum, non alium gubernacula rei euangelicae tenuiſſe, facillimum eſt intellectu, cuius quidem tantam habuit curam, vt corporis noſtri recte parens atque auctor dicatur. 9) Poſt interemtum anno MDCXXXII.

8) „ Zwiſchen der Zeit, da die Böhmiſche Unruhen angefangen und zwiſchen der, da der Transport der königl. ſchwediſchen Waffen auf teutſchen Boden, iſt in Euangelicis viel vorgefallen, und hat das Churhaus zu Sachſen nie mehr Anlaufs und Sorgfalt, Mühe, Fleiß und Koſten gehabt, vor die evangeliſche Religion, als eben in dieſem periodo. Dann ſo glüklich die kaiſerl. Waffen, ſo geſchwächt der evang. Stände ihre Kräfte in dieſer Zeit immer geweſen ſeyn mögen, hat es doch an Correspondenz, Zuſammenſezung, friedlieber und denen ſchweren Zeiten convenablen conſiliorum demonſtratione und möglichen Defenſionsmitteln nicht gefehlt. „ *Meditat. ad inſtr. pac. Spec. VIII. Mant. V. pag.* 1548.

9) „ Zwar hätten ihre königl. Majeſtät höchſtſeeligſt. Gedächtniß nichts liebers geſehen, als daß Sie unter den evangeliſchen Chur-Fürſten und Ständen des

regem primo conſiliorum eius miniſtro et adiutori OXENSTIERNIO commiſſa rerum ſumma eſt 10), apertius iam fremente Saxoniae electore ac ſe, tot non meritis minus quam vinculis ad habendam imperii curam adſtrictum, priuato homini eidemque extero poſtponi, indigniſſimum facinus clamante. 11) Ortum hinc atrox illud Suecos inter et Saxones odium, 12) his ſuperiorem, illis parem agnoſcere in

röm. Reichs eine allgemeine Hauptverfaſſung machen und ſtiften, und ſie unter ein Corpus bringen hätten mögen. „ *Theatrum Europaeum T. III. pag.* 29. Vid. etiam SAM. PUFENDORF *de reb. Suec. L. IV.* §. 56.

10) LONDORPII *Act. publ. T. IV. pag.* 316. 375 *ſqq.* vbi ſaepius: „ Der königlichen Majeſtät und Reichs Schweden Rath, Kanzler, gevollmächtigter Legat in teutſchen Landen und bei den Armeen, auch Director des Evangeliſchen Bunds, des hochwohlgebohrnen Axel Oxenſtirns ꝛc. Excellentia.„

11) *Theatrum Europ. T. III. pag.* 371. PUFENDORF *L. VI.* §. 8. *pag.* 136.

12) „ Dadurch entſtund vornemlich die in dem Lauf der weitern Begebenheiten der Proteſtanten und deren Geſchichte, oft nicht ohne die wichtigſten Folgen merklich werdende Eiferſucht zwiſchen Churſachſen und der Krone Schweden, welche bei den Weſtph. Fr. Handlungen noch ſo groß war, daß Churſachſen nicht

rebus Euangelicorum ordinandis nolentibus; quae quidem diſſenſio magnae cladis inſtar videri poteſt, quoniam quorum concordia in illo concuſſi orbis motu plurimum valuiſſet, ii tunc alter alterum quouis modo vexabant impediebantque. Interim Suecorum facile tum vicit auctoritas ac vix dum comperta morte regis OXENSTIERNIUS quatuor circulorum ſuperioris Germaniae conuentum Heilbronnae celebrauit. Confluxere illuc ingenti numero euangelici proceres, datumque ei, addito *conſilio*, quod *formatum* dicebatur, moderamen. 13) Sequuti haec protinus Saxoniae inferioris ordines 14), nec toto in imperio repertus, qui OXENSTIERNIUM rectorem detrectaret, niſi Saxoniae elector. Mox Galli ad foederis ſocietatem illiciendi, omnisque complexus Euangelicorum arctiſſimo inuicem vinculo coniungendi gratia habito Francofurti a. MDCXXXIV. conuentui grauiſſime idem moderatus eſt. 15) Hinc inuidia et aemulatio Saxonis eum in modum aucta, vt, quod ſe facturum diu per minas ſparſerat, Pragae

bewegt werden konnte, das in volle Activität geſetzte evang. Directorium anzunehmen. „ Joh. Chriſt. Maier's teutſch. geiſtl. Staatsr. *P. I. p.* 164.

13) SAM. PUFENDORF *de reb. Suec. Libr. V.* §. 34.

14) LONDORP *Act. publ. T. IV. pag.* 373.

15) THEATR. EUROP. *T. III. p.* 212 — 252. et 354. *ſqq.*

tandem cum Caeſare tranſigeret. 16) Poſtea quamdiu de pace Weſtphalica agebatur, gerendae inter Euangelicos rerum ſummae obſtabat Brandeburgico electori reformatae religionis cultus; Saxonis ambigua fides erat; Suecos, vt exteros, aliisque ſummis diſtrictos negotiis, non conuenire viſum in hanc partem curarum vocare. Igitur pro conditione temporis, diuerſi eo munere functi ſunt, inter quos praecipuus fuit 17) THUMSHIRNIUS, Altenburgici legatus, animo et ſapientia praeclarus inprimis. Erat ergo rerum ſumma veluti vaga tum temporis ac hinc inde fluctuans. Breui tamen poſt

16) Hiob Ludolff's Schaubühne der Welt *ad annum* 1735. *T. II. pag.* 411. „ Churſachſen war der Schweden ganz müde und überdrüßig, indem es ſich bei den groſſen Progreſſen König Guſtavs eines fremden Dominats in Teutſchland beſorgte. Das Directorium des Evangeliſchen Weſens, und die einſeitige Anſtalten in Verbindung der Obern Kreiſe mit den Schweden nahm es für eine Schmälerung ſeiner hohen Auctorität und Direction unter den Proteſtirenden in Teutſchland auf; zumal da nach König Guſtavs Tod ein ausländiſcher Reichskanzler, ein Mann von keiner groſſen Abkunft (extraction) im Namen einer minderjährigen Königin und deren Privatvormündern, ſich eines ſolchen hohen Werks unterſinge. „

17) SAM. PUFENDORF *Comment. de reb. Suecicis Libr. XVIII.* §. 85. *pag.* 638. *et* §. 150. *pag.* 667.

in ordinem cuncta redire coeperunt, quam in rem memorabilis eſt annus ſaeculi decimi ſeptimi tertius et quinquageſimus, quo, praeeunte Magdeburgico, die XIV. menſis Iunii, legati Saxonis, vt ſummam rei euangelicae, pro antiquo illuſtriſſimae domus in eam ſtudio, ſuſciperent, publice in comitiis rogati ſunt. 18) Acrius illi primo reſiſtentes, eo mox reſponſi aſperitatem inflexerunt, vt de iſta re ad principem ſe relaturos promitterent. Iterum tamen iterumque ad recipienda gubernacula ſolicitati, ceſſere tandem inſtantium precibus ac die XXII. Iulii menſis eodem anno primum celebratus eſt in aedibus Saxonis euangelici corporis conuentus. Inde ab anno MDCLXIII. a quo non interrupta vsque ad hanc diem imperii perdurarunt comitia, manſit penes Saxonem gubernatio, quamquam delatum anno MDCXCVII. FRIDERICO AUGUSTO electori Poloniarum regnum, vt ad catholica ſacra tranſiret, incitamento fuit. Inſtituti enim tum erant de pace Ryſuicenſi tractatus, in quibus ſicut res Euangelicorum magnopere agebatur, ita ſine moderamine nihil explicari commode poterat, nec tamen aliud, quam Saxonis illud, conſtitui facile poſſe videbatur. Ceterum haud quidquam expreſſo concluſo de ea re cautum, ſed omnia per ſilentium transmiſſa. 19) Auctus tamen pauor, quum et principem iuuentutis ſaxonicae anno MDCCXVII. catholica ſacra amplexum innotuiſſet. 20) Iam enim

18) MOSERUS *T. X. pag. 64. ſqq.*

19) MOSERUS *T. X. pag. 67. ſqq.*

20) MOSERUS *T. X. pag. 70. ſqq.*

iſtam diuini cultus mutationem omnes iudicabant non tamquam adſtrictam ad perſonam principis ſpectandam eſſe, verum latius patere inque dies ſingulos maioribus incrementis attolli. „ Ducturum principem iuuenem coniugem catholicis addictam ſacris, ſequuturos parentum religionem natos ex iſto matrimonio liberos, tot denique ſacri ordinis hominibus et varii generis miniſtris obrutum Saxoniam iri, vt tuto apud principes eius relinqui moderamen corporis euangelici non poſſit. „ Accendebant inuidiam conſcripti quidam eam in rem libelli, 21) quorum auctorem ferunt LUDEWIGIUM, Hallenſem iureconſultum. Quibus ex cauſſis nunquam intereſſe amplius conuentibus, quos Saxo indixiſſet, Euangelicorum legati omnes decreuerant. Quod vbi Dresdae compertum ſtatim a conſilio ſanctiori litterae ad euangelicos proceres vniuerſos datae ſunt, quibus multum eleuata ſuſpicione, quam propter mutationem cultus ſacri a principe iuuentutis factam nonnulli concitarant, ne moderamen domui Saxonicae adimendo grauiſſimum rei euangelicae vulnus infligerent, etiam atque etiam rogaban-

21) Sieben *Faſciculi* verſchiedener Schriften, welche bei Gelegenheit der Religionsveränderung des Churprinzen zu Sachſen, über die Frage: ob das *directorium inter euangelicos* bei Churſachſen zu laſſen oder nicht? wie auch anderer dahin einſchlagender Punkten auf dem Reichstag zu Regensburg unter der Hand communiciret worden. (Halle) 1718. 1719. 1720. 1721. 4.

tur. 22) Miſſus ſimul Ratisbonam legatus, qui coram optima quaeque ſponderet. At Boruſſorum rex die XXVIII. Ianuarii MDCCXVIII. itidem litteras ad euangelicos ordines dabat, quibus ſeſe ad ſuſcipiendum moderamen veluti coactum profitebatur. Orare ipſos, ne quid ſiniſtri aduerſus ſe ſtatuant, quando etiam maiores ſui ſaepius eo munere functi ſint. Praeter ea redituro aliquando priſtinam ad religionem Saxoniae electori libenter ſemet officio iſto ceſſurum. 23) Plurimis inde contentionibus diſtracta res, quum et legati omnes, qui Ratisbonae aderant, de tollendo Saxonis regimine iam conueniſſent, et Magnae Britanniae rex, intuitu electoratus Hannouerani, munus illud ſibi vindicaret, 24) Poloniarum vero regis litterae circumferrentur, quibus religioni euangelicae ſecuritatem plenam, nec alio vnquam ſeſe niſi euangelico vſurum ſuffragio pollicebatur. 25) Vinarienſis dux, totus electori Saxoniae addictus, grauiſſimis litteris monebat: „ erepto huic moderamine fore procul dubio, vt plane catholicae parti ſe adiungat, quo et euerti penitus religio euangelica et ferale ſuſcitari bellum poſſit. Iam per ſecuritatem religioni euangelicae a rege Poloniarum praeſtitam, non Saxoniam modo, ſed totum corpus rei euangelicae mirum in

22) FABRI Staatskanzlei *T. XXX. pag.* 558. *ſqq.*

23) *Ibid. pag.* 586. *ſqq.*

24) Staatskanzlei *T. XXXI. pag.* 677. *ſqq.*

25) Staatskanzlei *T. XXXI. pag.* 650. *ſqq.*

modum iuuari. Caput denique illud eſſe, quod nullo modo Auguſtanae confeſſioni addictis inferri detrimentum queat, ſimul ac mala fide agere voluerit moderamen, nunquam non in tempore illud detrectaturis. „ 26) Nec tamen forte vniuerſa haec ſatis valuiſſent, verum opportuna Saxoni fuit de conſtituendo alio rectore inter Euangelicos diſſenſio, dum ſibi quisque haberi eum honorem poſtulabat. Illa quoque in Palatinatu propter perturbationem ſtatus ſacri grauamina ſic quotidie augeſcebant, vt Corporis Euangelici actu et concordia inprimis videretur opus eſſe. Quare iterum Saxoniae electoris moderamen tacite agnitum eſt ac hucuſque continuatum. 27)

26) Staatskanzlei *T. XXXI. pag.* 752. *ſqq.*

27) Moserus *T. X. p.* 126. Memoratu digna ſunt, quae Idem von der teutſchen Religionsverfaſſung *pag.* 364. habet: „ Die Urſachen, warum Churſachſen ſo ſtark auf Beibehaltung des Directorii gedrungen haben mag, waren (nebſt andern, von denen ſich in einer öffentlichen Schrift nichts melden läßt) weilen, wann Churſachſen von nun an pro Catholico wäre gehalten worden, nicht nur dieſes Directorium verlohren gegangen wäre, ſondern auch das Recht der Ordinari- Reichs- und Churfürſtlichen Collegial- Deputation, ferner daß, anſtatt es der erſte Evangeliſche Churfürſt geweſen, es der ſechſte Catholiſche worden, und wo nicht ſein Kreisdirectorium gar in Gefahr geloffen wäre, es ſich doch

§. XIV.

Haec de hiſtoria moderaminis Corporis Euangelici, quam breuiſſimis potui. Videndum nunc erit, *quibus conſtitutio eius fundamentis et rationibus nitatur?* Quaeſtio ipſa in litem deducta haec eſt: Moderaminis conſtitutio a libero Euangelicorum arbitrio ac electione pendeat, an vero vtique illud primo inter ipſos loco indiuiduo quodam vinculo adnexum et copulatum ſit ita, vt deficiente Saxone ipſo loci ac dignationis iure ad ſequentem debeat tranſire? Mihi quidem potior videtur eorum ſententia, qui omnia putant electioni liberae tribuenda eſſe, quam ſane ſententiam et naturae rei, quae plurimum ſemper valet, et hiſtoriae ipſi arbitror conuenire. 1) Initio videlicet, vt vidimus, non fuit ex miſerrimi temporis rationibus, quo iure moderamen

ſchwerlich eines Condirectorii würde haben erwehren können, der Cammergerichts-Praeſentationen, und noch mit ſo vielem Wiederſpruch innehabenden evangeliſchen Stifter, nicht zu gedenken. „

1) Mecum ſentiunt GOTTL. SAM. TREUER *de comitiis Corp. Euang. Cap. III.* §. 3. *pag.* 70. *ſqq.* IOAN. FRID. PFEFFINGER in *Vitriar. illuſtr. T. III. pag.* 935. contrariam opinionem fouet ANG. IOAN. DAN. AEPINUS *de directorio Corp. Euangel. Sect. II.* §. 4. *ſqq.* Vid. etiam HENNIGES in *Meditat. ad inſtr. pac. Spec. VIII. Mant. IV. pag.* 1542. *ſqq.*

alicui deferendum ſit, rimari ſubtilius. Suſcepit illud fiducia virium et meritorum auctoritate, cuius in terris orta emendationis ſacrorum incunabula erant, defenſa fortiter ab ipſo atque adaucta, Saxoniae elector. Fortuitum hoc, quod idem loci dignatione ceteros anteibat. Quum maiorem ad curam reuocarent omnia ſubſequuta pacis tempora et poſitis armis abſtruſiora atque vmbratilia tractare vacaret, vt fere fit, de moderamine Corporis Euangelicorum lites altercationesque ſunt coeptae. Iam vero res ipſa loquitur eſſe illud corpus aequale, in quo paria ſint membrorum omnium iura, vt in rebus, ad ſtatum eius interiorem pertinentibus, non plus poſſit vni quam alteri tribui. Quonam igitur iure membrum aliquod per ſe ac ſua duntaxat auctoritate moderamen ſibi vindicabit? 2) Id quidem damus, electionem iſtam

2) „ Wer wollte läugnen, daß freie Stände, da keiner des andern Bothmäßigkeit — unterworfen iſt, ſich nicht ſolten einen Directorem nach Belieben conſtituiren können, und wem iſt wohl jemals eingefallen, daß absque conſenſu membrorum corporis ein Director ſich aufwerfen könne? Wo keiner iſt, der ſich will dirigiren laſſen, da iſt kein Director. „ Staatskanzlei *T. XXXI. pag.* 562. *ſq.* Quibus ſimilia ſunt et haec: „ Zwar haben ſich weder Churſachſen noch die ihn zum Haupt erſuchende Chur= und Fürſten actiue und paſſiue eine glebae addictionem dabei zu Sinne kommen laſſen, als welche Expreßion der teutſchen Freiheit disconvenabel iſt, cet. „ *Medit. ad inſtr. pac. pag.* 1551.

vix vnquam expreſſo quodam concluſo corporis comprehendi, natamque hinc falſam plerorumque opinionem, vnice illam ex loci ordine diiudicari conſueſſe. Eſt vero et tacita quaedam comprobatio electioque, non tantum frequentior illa expreſſa, ſed eiusdem quoque poteſtatis ac efficaciae, cuius rei praemiſſa hunc in finem de fatis moderaminis narratio documenta plurima complectitur. Ipſa quoque hiſtoria, ad quam prouocare nonnulli ſolent in contraria opinione afferenda, adeo non fauet ei, vt manifeſte potius ipſam refellat. Nam et Sueco, vt extero, delatum regimen non potuiſſe ex loci ordine aeſtimari, promptum eſt intellectu, et quamdiu de pace Weſtphalica actum fuit, ob ſuſpiciones, quibus laborabat Saxo, nec ipſius agnitum eſt, nec, qui proximus ab illo eſſet, Brandeburgici moderamen, verum liberrimo Euangelicorum ſuffragio plerumque is honos Altenburgico tributus, interdum etiam Magdeburgico. 3) Quodſi forte cum moderaminis conſtitutione conſpirauit et ordinis ratio, nequaquam certo ac praemeditato animi conſilio, ſed caſu id euenit. Praeter ea hoc ſane largimur, niſi ſecus ſuaſerint rationes grauiſſimae, non facile negligi ordinem loci ac dignationis, quae tamen regula, quum a prudentia, non a iure, vim omnem habeat, neutiquam neceſſitate neſcio qua proceres euangelicos adſtringit. 4)

3) Tob. Pfanner *Hiſt. pac. Weſtph. Libr. II.* §. 20. *Libr. III.* §. 44. *et* 48. Sam. Pufendorf *de reb. Suec. Libr. XVIII.* §. 85.

4) Acute *auctor* der unpartheiiſchen Betrachtung der evang. Directorialſache ꝛc. „ Man kann alſo die

Atque in hanc fere ſententiam declarandum eſt exemplum illud, cuius non pauci ſummum robur eſſe putant, 5) Palatini electoris, per aliquod tempus rectoris Corporis Euangelicorum munere functi.

§. XV.

Quod ſpectat ad *iura ipſa moderamini adnexa*, generatim praemoneo munus illud potius et miniſte-

libertatem ſtatuum und daß derſelben freie Bewilligung und Wahl die eigentliche würkende und conſtituirende Urſache dieſes Directorii ſei, wohl voraus ſezen; daraus folgt aber nicht, daß man auch in Ertheilung dieſes freien Conſenſus gar auf keine rationes aequitatis et prudentiae reflectiren und ſich dieſelbigen freiwillig pro norma ſezen, ſondern blindhin dagegen handeln müßte, damit man nur zeige, daß man in Ertheilung ſeines conſenſus frei ſeye. „ Staatskanzlei *T. XXXI. pag.* 512.

5) AEPINUS *de directorio Corp. Euang. pag.* 47. ac inprimis *Medit. ad inſtr. pac. Spec. VIII. Mant. IV. pag.* 1542. vbi: „ das ius Directorii inter Euangelicos iſt niemalen einigen Chur- oder fürſtlichen Haus eigen, ſondern je und alleweg in der Ordnung und auf den Vorſiz gegründet geweſen; ſo lange alſo die Churfürſten zu Pfalz evangeliſch waren und vor Churſachſen den Rang hatten, haben auch dieſelbe kundbarlich das Directorium ohne alle Wiederrede des Hauſes Sachſen exercirt. „

rium, reliquis membris praeſtandum, quám dominationem in eos vllam eſſe, rectoremque ſuadendi magis auctoritate, quam poteſtate imperandi valere. 1) Ea vero vniuerſa, quae a toto corpori non poterant niſi perplexe ac laborioſiſſime perfici, ipſius demandata ſunt ſtudio, e quibus praecipua eſſe arbitror ſequentia. 2) Primum videlicet huc pertinet *ius conuocandi* proceres euangelicos ad habenda ſui corporis comitia,

1) In ipſis de pace Weſtphalica tractatibus monuerunt Euangelici: „ Die Direction ſei anders nichts, als ein miniſterium und importire ganz keine Botmäßigkeit. „ IO. GOD. *de* MEIERN *Act. pac. Weſtph. T. IV. Libr. XXXI.* §. 18. *pag.* 763. „ Es haben ſich weder Churſachſen, noch die ihn zum Haupt erſehende Chur- und Fürſten actiue und paſſiue eine glebae addictionem zu Sinne kommen laſſen, als welche Expreſſion der teutſchen Freiheit diſconvenabel iſt. „ *Medit. ad inſtr. pac. Spec. VIII. mant. V. p.* 1551.

2) Praeclare ill. MAIERUS im teutſchen geiſtlichen Staatsrecht *P. I. pag.* 166. „ Der im Zirkel ſeiner Glaubensgenoſſen und Mitverwandten ſtehende Director macht, jedoch ohne den geringſten Abbruch ſeiner Würde, in dem Verhältniß gegen jene nicht den Herrn, nicht das Oberhaupt, ſondern allein den Director, in ſo fern er allein das für alle thut, was alle zuſammen thun ſolten, wenn nicht die daraus entſtehende Unordnung unvermeidlich wäre. „

comitia, quae ſi praeter ordinem, quoties fortuitum et ſubitum quid incidit, celebranda ſunt, membrorum opus eſt conſenſu. 3) Alterum in hunc cenſum venit *ius referendi rogandique ſententias*, id eſt, exponendi quibus de rebus iam agendum ſit et inſtituta conſultatione ſuffragia colligendi. Tertium his adiicio *ius concluſa perficiendi*, id eſt, poſt collectas omnium ſententias, quid ſtatuat pars maior, diſpiciendi ac ſecundum eam decernendi. Haec iura, ſine quibus non poteſt vllum collegii cuiusdam moderamen cogitari, alia ſequuntur minora 4), quorum vel nomina poſuiſſe ſuffecerit, qualia ſunt: ius litteras ad corpus datas recipiendi et cum ceteris eius membris communicandi; ius nomine corporis ad alios litteras perſcribendi ac, ſi res poſcant, publice pro eodem verba faciendi; ius denique dictaturae 5), vt vocant, et tabularii.

§. XVI.

Ea inter iura, quae Corpori Euangelico per naturam cuiusuis collegii competunt, nec immerito refertur *ius conuentuum*. Nam niſi coire liceat mem-

3) Gottl. Sam. Treuerus *de comitiis Corp. Euang. Cap. III.* §. 4.

4) Idem *Cap. III.* §. 4. 5. 6.

5) Ortas ſuper eo cum Moguntino lites recenſet Moserus *T. X, pag.* 144. *ſqq.*

bris corporis vt in commune conſulant, quo tandem modo adſequi finem propoſitum poterunt? 1) Quare qui collegium quidem ipſum non improbat, ſed conuentuum habendorum iuri eidem interdicit, idem facit ac ſi vitam alicui largiatur, verum cibis et potu et ceteris rebus cunctis, ſine quibus non poteſt eſſe vita, carere eum iubeat. Quibus ita ſe habentibus ſatis patet iisdem rationibus niti Corporis Euangelicorum et neceſſitatem et legitimam indolem. Ipſum enim corpus quum iuſtum ſit, nec tamen ſtare ſine conuentuum iure poſſit, hoc quoque gaudere nemo ſanus inficiabitur. Praeter ea, vt ſupra iam monui, 2) diſertis verbis in legibus regiis Caeſarum facultas tribuitur imperii ordinibus, quotiescunque vel neceſſitas ipſorum vel commodum id ſuaſerit, per circulos aut in collegiis alioue quouis modo coëundi. Quam ob rem iſtos Euangelicorum conuentus non dubitarunt exteri quoque principes, ac vel ipſe pontifex maximus

1) Adpoſite omnino Treuerus *de comitiis Corp. Euang. Cap. II.* §. 4. „ partes illae, interrogat, Catholicorum et Euangelicorum, quo modo lites dirimere, quo modo inquirere in momenta cauſſae, conſultare, rebusque religionis deliberato conſilio proſpicere poterunt, niſi conuentus celebrent? Si ius comitiorum particularium ademptum iis foret, vix concipi poteſt, qua ratione partes peculiares formare et conſilia communia agitare iis liceat. „

2) *Cap. I.* §. 11.

agnoſcere, vt iam ne Catholicos quidem abſtinuiſſe huiusmodi comitiis ſilentio praetermittam. 3)

3) Hanc omnem materiam optime atque copioſiſſime pertractauit G. S. Treuerus *de comitiis Corp. Euang. Cap. II.* Praeter ea temperare mihi non poſſum, quo minus claſſicum hanc in rem locum ex litteris a Corpore Euangelico die XXIII. Maii MDCCXVI. ad Caeſarem datis, integrum huc transferam: „ Die Particular-Berathſchlagungen und Zuſammenkünfte, welche quoad 2dum ſowohl Catholiſch- als Evangeliſche, und zwar jegliche über die ſie allein angehenden Dinge, nicht ad detrimentum reipublicae, ſondern blos und allein zu Conſervation eines jeglichen Rechten, in Corpore halten, ſind weder ungewöhnlich noch unzuläßig, wohl aber darum nöthig und von Saeculis her in comitiis gewöhnlich, weilen teſte experientia quotidiana ſich inter ſtatus et in comitiis zuweilen Dinge hervorthun, in welchen dieſelbe, kraft des Oſnabrük. Friedensſchluſſes Art. V. v. 8. in cauſſis religionis cet. 52. tamquam vnum corpus nicht conſiderirt werden können, und wo ſie in partes gehen mögen, da auch alleine die gütliche Handlung und Vergleichung zwiſchen beiden Theilen ſtatt findet, folglich in dergleichen nothwendig jeder Theil ſeine Angelegenheit ſeparatim überlegen und darüber deliberiren, auch ſeine Meinung dem andern Theil hinterbringen und fernere Handlung pflegen, mithin eo ipſo de corpore ad corpus agiren und die acta vor die, ſo Theil daran genommen, und zur

§. XVII.

In explicandis hiſce Corporis Euangelici conuentibus circa formam 1), quae per ſe mutabilis eſt omnisque a conuentione membrorum pendet, neutiquam verſaturus, ea vnice tradam, quae perpetua ſunt et ſtabilia, quoniam in ipſa rei, de qua diſputamus, natura continentur. Multiplex videlicet *inter eos atque imperii comitia diſcrimen* intercedit,

Information der höchſt und hohen Herrn Principalen, Obern und Comittenten, zur Dictatur nothwendig bringen muß, welches in denen Reichsſatzungen ſo klar gegründetes, auch catholiſcher Seits ſelbſt vielfältig in et extra imperium agnoſcirte Recht, bei beiderſeits Religionsverwandten, bis dieſe Stunde auch in ſolcher Obſervanz gehalten wird, daß wenn Catholici bei dergleichen Fällen und Angelegenheiten in ihrem Corpore und particulariter ſich zuſammen thun, Euer kaiſ. Maieſtät vortrefliche beide Churböhmiſche und auch Oeſterreichiſche Geſandtſchaften dabei mit zu erſcheinen keineswegs Bedenken haben, welches zu thun ſie ſich ſchwerlich getrauen würden, wann dergleichen particular — Berathſchlagung und unverfängliche Unterredung ungewöhnlich oder unzuläßig wären. „ Schauroth *T. I. pag.* 367. Videatur Idem *T. II. pag.* 793. *ſq.*

1) Quam qui cognoſcere propius voluerit, latiſſime explicatam inueniet apud Moserum *T. X. pag.* 155. *ſqq.* §. 140 — 152.

quod ipſis cum ſoli primores euangelici interſunt, tum non de rebus ad Germaniam omnem aequaliter ſpectantibus aut cum ipſa imperii ſumma coniunctis, verum iis tantum agitur, quae pertinent ad ſalutem ac tutelam religionis euangelicae. 2) Inde nec ei demum loco adſtricti ſunt, in quo imperii celebrantur comitia, quam ob rem a nonnullis iuris publici doctoribus in *comitiales* et *extracomitiales* deſcribuntur. 3) Hos olim fuiſſe vſitatiores teſtis temporum hiſtoria confirmat 4), illi vero noſtra potiſſimum aetate obtinuerunt ac, ſi ciuitatum legati iis interſunt, *generales*, ſin minus, *ſecretiores* vocantur. 5)

2) Hinc comitia Corporis Euangelici, definiente TREUERO *de comitiis Corp. Euang. Cap. III.* §. 15. ſunt „ conuentus ſtatuum euangelicorum imperii, vel in comitiis vniuerſalibus imperii, vel extra comitia inſtituti, in quibus conſilia de iuribus et negotiis, ad religionem euangelicam ſpectantibus, communi ſententia, ſecundum normam legum pactorumque publicorum agitantur, ad eam ſartam tectamque conſeruandam. „

3) TREUERUS *Cap. III.* §. *VIII. ibique citati.*

4) IOAN FRID. PFEFFINGER *in Vitriar. illuſtr. T. III. pag.* 935. *ſqq.*

5) Joh. Jac. Moſer von der teutſchen Religionsverfaſſung, *pag.* 382. *ſq.* Germanorum ſermone appellantur; weitere oder engere Conferentien.

§. XVIII.

Hactenus iura Corporis Euangelici, ad interiorem ipſius oeconomiam pertinentia, proſequuti ſumus: de iis nunc agendum erit, quorum ad exteros quoque, ſeu qui non ſunt de corpore, porrigitur exercitium; e quibus primo fere loco venit *ius intercedendi*, id eſt, ius querelas membrorum Corporis Euangelici ciuiumque iis ſubditorum aut quibuscunque porro illatae ſunt religionis cauſſa iniuriae, prout hae vel ipſo in imperio vel extra illud datae fuerunt, aut exteris regibus ac rebuspublicis, aut Corpori Catholico ipſique inprimis Caeſari exponendi 1), adiuncta ſimul, vt legitimo modo iis ſatisfiat, petitione.

1) Male ad ſolum Caeſarem pertinere eiusmodi querelarum expoſitionem innuit NELLERUS *de orig. progreſſu et iuribus Corp. Euang. in imperio Cap. II.* §. 13. Melius ſane IOAN. CAR. KOENIG Diſq. *de modo et iure intercedendi Corporis Euangelicorum tam in cauſſis religionis quam politicis*, *pag.* 47. *ſq.* „ Illud quoque, ait, ſine ambagibus patet, integrum eſſe Corpori Euangelicorum, hoc iure quauis occaſione ſic ferente, vti, nec impediri poſſe, quo minus vel ad *conſtatus pontificum dogmatibus adſtrictos*, vel ad *auguſtiſſimum imperii caput*, vel denique ad *reges resque publicas exteras* litterae exararentur interceſſionales. „

§. XIX.

Ipſae vero *litterae interceſſionales Corporis Euangelici quam* tandem *vim ac efficaciam habeant*, non poteſt in vniuerſum conſtitui, ſed adhibito quodam temperamento explicandum erit. Cardinem totius controuerſiae in hoc prope verti exiſtimo, vt videatur, quaenam tandem *negotia* ſint pertractanda, quorum videlicet *alia externa* ſunt, *alia* vero *interiora* et ad ipſum imperii germanici ſtatum pertinentia. Iam ſi in *iſtis* a Corpore Euangelico eiusmodi litterae perſcribuntur, vi obligationis perfectae eas deſtitutas eſſe, dubio plane caret. Nec ſane aliud quidquam agit Corpus Euangelicorum, niſi vt, qui auxilium ſuum implorant, decentibus formulis commendet ac eam, qua vult alios vti, humanitatem et ſe ipſum, quamprimum oblata occaſio fuerit, exhibiturum polliceatur. Is vero, ad quem datae ſunt huiusmodi litterae, prout ipſi videtur, vel honeſtis precibus non deeſt, vel rationem earum nullam habet, vt ne quidem reſpondere ad illas, niſi officio humanitatis teneatur. Quo enim iure eam ſibi ab exteris principibus reuerentiam illudque velut obſequium haberi, imperii ordines poſtulabunt?

§. XX.

Aliter tamen ſtatuendum eſt, quando negotia, quorum intuitu litteras petitorias et commendatitias perſcribit Corpus Euangelicorum, *ipſo in imperio* tractantur. Tum videlicet ſub duplicem regulam vocari omnia poſſunt. Namque vel *in terris ad auſtriacam*

domum pertinentibus, male haberi vexarique Auguſtanae confeſſioni addictos contingit, vel aliis in prouinciis Germaniae. Prius ſi eueniat, eadem plane, quae exteris in cauſſis, obtinet ratio. Etenim, vt paullo altius res repetatur, in perficienda pace Weſtphalica vehementioribus animorum motibus tractatum nihil vtique fuit, quam illa de αὐτονομία et libertate religionis, Auguſtanae confeſſioni addictis auſtriacis in ditionibus praeſtanda, quaeſtio. Euangelici caueri iis pleniſſime poſtulabant, renuente omnino Caeſare. Quum nihil in iſta lite ſopienda valere litterarum ambages pateret, coram de iſta, ſermonibus vtrinque collatis, peragi coeptum. 1) Sed vrgentibus Euangelicis ac tot mortalium fortunam omnem non ſpe fallaci, verum certo ratoque iure muniendam eſſe

1) Digniſſima ſunt, quae euoluantur, acta in conſeſſu tertio die VI. Febr. MDCXLVII. habito, apud Ioan. God. *de* Meiern *T. IV. pag.* 61. *ſqq.* Inter cetera ibi „ Herr Graf von Trautmansdorf: könne einmal nicht weiter, ſo wahr Gott lebe! Jhro kaiſerliche Majeſtät wolle eher Szepter und Kron, ja Leib und Leben laſſen; begehrten zwar die Evangeliſchen nicht zu verfolgen, Sie wolten aber nicht eingeſchränkt ſeyn. *Deputati*: So wären die guten Leute ſchlecht verſichert. „ Paullo poſt „ Herr Graf Trautmansdorf: Wiederholte Jhro kaiſerl. Majeſtät gefaßte Reſolution nochmals; wolle man nun Dieſelben ſo hart angreifen und von Land und Leuten vertreiben, ſo müßten Sie deſſen erwarten und ſich wehren. „

inſtantibus, vitam prius poſiturum Ferdinandum III. eademque ſtrage filios etiam, quos oculis ſuis cariores habeat, trucidari in conſpectu ſuo viſurum, quam id, quod precariae ſit beneuolentiae, coniici ſub vincula legis ſuperbiſſimae patiatur, idemtidem legatus Caeſaris, Trautmansdorfius comes, exclamabat. Nec mitior aliquando ad haec Sueci Saluii reſponſio, ni ad leniora inflexurus Caeſar eſſet, plane fieri poſſe dicentis, vt iſta omnia eueniant. 2) Saepius poſtea vtrinque hac de re diſputatum, tanta Caeſareanorum peruicacia, vt malle ipſos ciuilia iterum arma ſumere, quam iſta in re quidquam amplius largiri, omnium iudicio videretur. Conuentum denique, poſt infinitas rerum primo, dein et verborum diſceptationes, repertis variis formulis,

2) Haud iniucundum erit ipſa tantorum virorum verba cognoſcere: „ dabei dann neben andern hinc inde gefallenen harten Worten des Herrn Grafen von Trautmansdorf Excellenz zu förderſt dieſes ſehr hart piquirt und geſchmerzt haben ſoll, daß, als derſelbe ſich abermals hochbetheuerlich vernehmen laſſen „ was geſtalt die kaiſerliche Majeſtät eher Scepter und Kron, Leib und Leben verlieren, ja ſogar Dero eigene Söhne vor ſeinen Augen niedermachen ſehen, als das Exercitium A. C. oder auch die Autonomiam in Dero Königreichen und Erblanden geſtatten würden „ Herrn Salvii Excellenz „ daß es auch wohl dazu kommen könnte „ ſich darauf antwortlich vernehmen laſſen. „ Meiern *Act. pac. Weſtph. T. IV. pag.* 114. *ſq.*

ſemper fere ab alterutra parte improbatis 3), die VIII. Martii MDCXLVIII. ſequentem in modum, quod „ quum de maiore religionis libertate ac exercitio in regnis et prouinciis, Caeſari ac domui auſtriacae competentibus, concedendo, varie in iſta tractatione actum fuerit, nec tamen ob caeſareorum legatorum contradictiones conueniri potuerit, Sueciae regina et addicti Auguſtanae confeſſioni ordines facultatem ſibi reſeruent, eo nomine proximis in comitiis aut alias apud Caeſarem, pace tamen ſemper permanente ac excluſa omni violentia et hoſtilitate 4), vlterius vel interueniendi amice, vel demiſſe intercedendi. 5) „ Vniuerſa igitur arbitrio

3) MEIERN *T. V. pag.* 533. *ſq.*

4) Quem in locum memorabilis eſt HENNIGESII commentarius : „ Verba haec a Caeſareanis adiecta, qui ſine illis conſentire in hunc articulum noluere, quo preces intercedentium infirmae prorſus et inermes redduntur. Etſi enim Auſtriaci interceſſiones illas reiecerint, permanet nihilo minus pax et omnis violentia atque hoſtilitas excluditur. „ *Meditat. ad inſtrum. pac. Art. V.* §. 41. *pag.* 651.

5) *I. P. O. Art. V.* §. 41. MEIERN *Actor. pacis Weſtphal. T. V. pag.* 538. *ſqq.* Altercationes iſtas ſuccincta narratione complexus eſt TOB. PFANNER *Hiſt. pac. Weſtph. Libr. V.* §. 16 — 20. *pag.* 576. *ſqq.* Videatur etiam GOD. DAN. HOFFMANNI *Conſideratio hiſtorico iuridica eorum, quae*

Caeſaris relicta : vt, de illato religioni euangelicae auſtriacis in prouinciis damno auertendo ſi obteſtetur Caeſarem Corpus Euangelicorum, nulla his precibus, niſi ex clementia ipſius , vis ac poteſtas ſit. Quare quamquam communis religionis cauſſa, litteris ad debitam reuerentiam compoſitis adire Caeſarem, non poteſt vitio verti Euangelicis, attamen propitius ille volensque adeſſe precibus an aduerſari velit, in ipſius plane arbitrio poſitum eſt. Data hinc HENNIGESIO conquerendi occaſio , ſemper fere ab illo tempore irrito euentu, aliquando etiam contrario factas interceſſiones, cum deinceps durius ſint habiti, quibus ſubuenire propoſitum erat, ſiue vt paullatim adſuefierent Euangelici repulſam pati absque offenſa, ſeu vt taedio denique precum toties ſpretarum ſuae ipſi auctoritati melius in poſterum conſulerent. 6)

in pacif. Weſtph. expediri nequiuerant, *ad proxima comitia remiſſorum*, §. 11. *pag.* 31. *ſqq.*

6) *Meditat. ad inſtr. pac. Art. V.* §. 41. *pag.* 650. *ſq.* Quibuscum conueniunt , quae MOSERUS *T. X. pag.* 245. §. 73. refert : „ Allein es zeigte ſich bald, was für Reflexion der kaiſerliche Hof auf der Evangeliſchen ſchriftliche Interceſſiones mache. Dann gleich anno 1651. fieng der Kaiſer in ſeinen Erblanden an zu reformiren. Die Königin in Schweden und die evangeliſchen Reichsſtände thaten reſp. zum ſechſtenmal nachdrükliche Vorſtellungen dagegen. Man gab aber lang gar keine, darauf eine dilatoriſche Antwort und

§. XXI.

Quodſi vero iam, excluſis ditionibus auſtriacis, *reliquas imperii germanici prouincias* intueamur, vtique Corpori Euangelico ius perfectum competit, quotiescunque agitur de adimplendis cum pace Weſtphalica tum ceteris religionis potiſſimum cauſſa ſancitis legibus publicis, vtendi litteris interceſſionalibus pleniſſimo cum effectu; quod quidem ius non modo naturalis aequitas, ſecundum quam ſicut neminem vltro laedere, ita nec aliorum iniurias pati quisquam debet, ſed conuenientibus remediis auertere poteſt, 1) verum ipſae quoque Osnabrugenſis pacis tabulae 2)

endlich fiel die Hauptantwort dahin aus: Wann der Kaiſer nichts thäte, was dem Weſtphäliſchen Frieden entgegen lieſe, ſo hätte ſich niemand darüber zu beſchweren." Ingentem huiusmodi litterarum recenſum ſubiungit IDEM §. 74. *pag.* 245 — 252.

1) GEORG. CHRIST. GEBAUER *de iure Corp. Euang. valide intercedendi mutationibus ſtatus anni decretorii*, *Sect. IV.* §. 2. *pag.* 57. *ſqq.*

2) „Pax vero concluſa nihilo minus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes huius transactionis conſortes, vniuerſas et ſingulas huius pacis leges, contra quemcunque, ſine religionis diſtinctione, tueri et protegere, et ſi quid eorum a quocunque violari contigerit, laeſus laedentem inprimis quidem a facti via dehortetur, cauſſa ipſa vel amicabili compoſitioni vel

ac leges, quibus recens electi Caeſares adſtringuntur 3), et perpetuus Catholici Corporis

iuris diſceptationi ſubmiſſa. „ *I. P. O. Art. XVII.* §. 5. Veriſſima ergo ſunt, quae in litteris die XVII. Iun. MDCCXXX. ad Palatinum electorem datis profeſſi ſunt Euangelici: „ Die Vorſtellungen des Corporis Euangelici, welches ſeiner bedrängten Glaubensgenoſſen im Reiche ſich kräftigſt anzunehmen, durch den Weſtphäliſchen Frieden implicite et explicite ſo unläugbar und deutlichſt auctoriſiret iſt. „ ac breui poſt: „ Da uns ſalua pace Weſtphalica Gehör, Antwort und Hülfe nicht verſaget werden kann. „ Schauroth *T. I. pag. 322. ſqq.*

3) *Capitulat. Ioſephi II. Art. I.* §. 11. „ Wo auch ſelbige (der Augsb. Confeſſion - Verwandte Stände) ſich gegen das Inſtrumentum pacis, Nürnbergiſchen Executionsreceſſ, arctiorem modum exſequendi und andere Reichsconſtitutionen beſchweret zu ſeyn, erachteten; ſollen und wollen Wir Uns auf ihre, deren Augsburgiſchen Confeſſionsverwandten Churfürſten, Fürſten und Ständen, (die Reichsritterſchaft mit einbegriffen,) ſamt oder ſonders an uns thuende Vorſtellungen, ohne allen Anſtand, obgedachten Reichsgrundgeſezen gemäß, entſchlieſſen, ſofort ſothane Unſere Entſchlieſſung denenſelben zu wiſſen thun, ſolche auch ungeſäumt zum würklichen Vollzug bringen. „ Conferantur J. J. Moſer's Betrachtungen über die Wahlcapitulation K. Joſephs *II. P I. pag. 70. ſqq.*

vſus 4) confirmant. Hiſce enim admonitionibus niſi abſtrahi ſe ab iniuſta vi pars laedens ſinat, eo tandem progredi licet, vt vel ſumtis armis communia ſacra propugnentur 5), de quo ſpatioſior infra dicendi locus erit.

4) Ad quem prouocant Euangelici apud SCHAUROTHIUM *T. II. pag.* 792. *ſq.* „ Sie die catholiſche Stände, haben ihrer Seits ſich gleichfalls zuſammen gethan, und — — eben ſo ein Corpus formiret, wohin auch andere Römiſch- Catholiſche, die etwas zu ſuchen gehabt, eben ſo, wie Euangelici ad Corpus Euangelicorum, ſich gewendet, und daſelbſt Vorſchriften und Beihülfe erlangt, wie unter andern aus dem, was der R. P. Tönnemann in der Falkenhagiſchen Sache, und der Prälat zu St. Ulrich und Afrae in der Augsburgiſchen Bilderſache, an Römiſch-Catholiſche Churfürſten, Fürſten und Stände gebracht, und von dieſen intercedendo verfüget, imgleichen was wieder den Grafen Berleps, wegen des bekannten Canonicats vor Coſtanz unterm 16. Jun. 1696. und noch in eben einer ſolchen Sache vors Hochſtift Worms unterm 10. März 1700. an kaiſerl. Majeſtät und den Pabſt in corpore geſchrieben worden, aus denen actis publicis bekannt iſt. „

5) „ Wasmaſſen jedoch Status Euangelici allerdings Compaciſcentes et Conſortes des Religions- und Weſtphäliſchen Friedens ſeyn, und demnach die gebührende Remedur jenſeitiger Transgreſſionen und Contraventionen nicht allein erinnern können, ſondern auch

§. XXII.

Quaenam vero *cauſſae ita comparatae ſint*, *vt in iis interceſſio apud Caeſarem locum habeat?* quaerentibus; ſatis patet recte huc eas referri, quae deſcendunt ex pace Weſtphalica ceteriſque imperii conſtitutionibus, per legem regiam definitis, ſiue ad religionem illae pertineant, ſiue ſint politicae. 1)

erinnern ſollen, wird ja verhoffentlich hinwiederum jedermann eingeſtehen müſſen, und fleßet ex ſola natura omnium pactorum et transactionum bereits her, wenn es auch ſchon nicht zum Ueberfluß in Inſtrumento pacis mit klaren Worten ausgedrükt wäre. Ratione modi nun ſich zuförderſt hierunter an Grauantes ſelbſt zu wenden, und derſelben Aequanimitaet durch geziemende Vorſtellungen zu excitiren, mithin gleichſam viam amicabilis compoſitionis ſo lange als möglich zu verſuchen, iſt ferner nicht allein dißſeitigen Ermeſſens, ſondern auch abermals mit Einſtimmung Inſtr. pac. Art. VII. §. 5. Pax vero concluſa etc. unſtreitig der erſte gradus, der kürzeſte und freundlichſte Weg, die übrigen dicto §. et ſqq. fürgeſchriebenen allerdings vorbehältlich, wann jener nicht verfangen will. „ [Sic incertum grauius an ſapientius Euangelici apud SCHAUROTHIUM *T. III. p.* 416. Eadem fere monet IOAN. CAR. KOENIG *de modo et iure intercedendi Corp. Euang. tam in cauſſis relig. quam politicis, pag.* 48.

1) I. C. KOENIG *Diſq. cit. pag.* 41. *ſq.* Euangelici ipſi in litteris die XXIII. Maii MDCCXVI. ad Caeſarem

Difficilius tamen implicatiusque illud eſt, num etiam *in cauſſis ad ſumma imperii tribunalia delatis* eiusmodi dari poſſint litterae? quod quidem ſub diſtinctione aliqua omnino arbitror fieri poſſe. Tametſi enim ampliſſima illa totius Germaniae comitia non decet redigi ad anguſtias fori, nec conſtitutis publice in imperio iudiciis pars vlla ordinum leges ſcribere poteſt 2); ſuper adminiſtranda certe maturandaue iuſtitia

perſcriptis: „ dann ob es wohl an dem, daß man ſich ſeines wohlbefugten und bis dahero ohne contradiction hergebrachten, auch in denen Reichsſatzungen klar fundirten iuris interueniendi et intercedendi für diejenigen Stände, ſo ſich etwa in ein, und andern, tam circa eccleſiaſtica quam politica, für gravirt gehalten — — bedient; — — ſo haben doch die A. C. Verwandte keineswegs vermuthen können, daß man ihnen die hierunter nach Anleitung der Reichsſatzungen zu ihrem allerhöchſten Oberhaupt genommene allerunterthänigſte Zuflucht alſo übel und gleichſam in Ungnaden würde haben auslegen können, zumalen da ſolches, wie geſagt, in denen Reichsſatzungen klar fundirt iſt, und von vielen Saeculis her bei billigen Dingen in unbedenklicher Obſervanz geweſen. „ SCHAUROTH *T. I. pag. 366. ſq.*

2) A quo quam alieni ſint Euangelici, saepius proteſtati ſunt, inprimis tamen in litteris die XXIII. Maii MDCCXVI. ad Caeſarem datis: „ Auch (Euer kaiſ. Majeſtät) bei genauer Unterſuchung nimmer finden

iuſtitia preces ferre licebit Corpori Euangelicorum, quando ne priuatis quidem eo iure interdicitur. 3) Ecqua de cauſſa premi ſe ſuosue vexarique haud conqueratur, quum alieno illud vitio, non ſua culpa eueniat? 4)

werden, daß die Augsburgiſchen Confeſſions-Verwandte Stände bei einer einigen Sache ſich in merita cauſſae dergeſtalten gemiſchet, daß ſie denenſelben mit Abhandel- und Urtheil-Sprechung eingegriffen, ſondern daß ihr einziges Abſehen dahin gerichtet iſt, daß die höchſte Reichsgerichte in den Schranken ihres Amts, welches allein in applicatione der Reichsſatzungen ad factum ſpeciale in beſondern Prozeßſachen beſtehet, verbleiben, nicht aber dieſelbe überſchreiten, und die Stände in modo procedendi gegen die heilſame Conſtitutiones beſchweren. „ Schauroth T. I. pag. 367.

3) „ Und Euer kaiſ. Majeſtät ſelbſt Dero Oeſterreichiſchen Landſtänden dergleichen unſchuldige Interceſſiones und gehorſamſte Bitte um Erläuterung auf ein oder das andere nicht zu verſagen, am allerwenigſten aber dergleichen für unbefugte Eingriffe zu halten pflegen. „ Schauroth T. I. pag. 367.

4) „ Unſere höchſte und hohe Herrn Prinzipalen, auch Obere und Comittenten, ſind keineswegs gemeinet, den Lauf der heilſamen Juſtiz hindern zu laſſen, vielmehr iſt ihr einziger Wunſch, daß allen und jeden, ohne Anſehen der Perſon und im Reich etablirten

§. XXIII.

Aliud nec minus reliquis controuerſum ſequitur *ius legationum*, de quo, quum vtramque in partem mire ſaepius diſceptatum fuerit, iuuabit paullo exponere diſtinctius. Iam id quidem dubium non eſt, ius mittendorum recipiendorumque legatorum competere imperii germanici primoribus vniuerſis. Confirmatum illud non modo clariſſima lege, quae eſt inter eas, quibus Caeſares ipſi fidem ſuam obligant 1), ſed manifeſto quoque ac perantiquo vſu, ab ipſa procul dubio rei natura ducto. 2) Inprimis ex quo

Religion, wie es die Reichsſazungen vermögen, ganz gleiches unpartheiiſches Recht wiederfahre. Sie müſſen aber, ſo gerne ſie es auch überhoben wären, bedauern, daß vielfältig von dieſer Richtſchnur abgewichen wird, und ſie, Stände, weil ſie dagegen kein ander Mittel übrig haben, ſich Gewiſſenshalber und wegen Aufrechterhaltung der ſo theuer erworbenen Gerechtſamen gezwungen finden, Euer kaiſ. Majeſtät darüber allerunterthänigſte Vorſtellung zu thun. „ SCHAUROTH *T. I. pag.* 369.

1) *Capitulat. Art. XXIII.* §. 2. „ Allen des heiligen Reichs Churfürſten, Fürſten und Ständen ſowohl, als ihren Bothſchaftern und Geſandten, die von der freien Reichsritterſchaft Abgeordneten mit einbegriffen. etc. „

2) HUGO GROTIUS *de iure belli ac pacis Libr. II. Cap.* 18. §. 2. PHIL. KNIPSCHILDT *de iurib.*

Gallis Suecisque doctoribus, vera et accepta et magnifica profitentibus, inſtituendos ſemet praebuerunt Germaniae principes, qui tum videri poterant velut ex altiſſimo ſomno primum expergefacti, de iſto iure adeo dubitatum amplius non eſt, vt plane, veritatem ipſam ſi ſpectes, eadem illorum, quae ceterorum Europae principum, tacta ſit hac in re conditio. 3) Iam quod ſingulis imperii ordinibus omnium conſenſu competit, quo tandem iure pluribus, ampliſſimum aliquod honeſtiſſimumque collegium conſtituentibus, negabitur? 4)

§. XXIV.

Neque vero de hac ſpecie magnopere diſputatum eſt, ſed illud potius adductum in quaeſtionem: *Quo iure quaque poteſtate inſtructus ſit eiusmodi miſſus a proceribus euangelicis legatus?* quod, quum

et priuileg. ciuitatum imperial. Libr. II. Cap. 25. n. 3. 4.

3) Wicquefort *Ambaſſadeur et ſes fonctions, L. 1. Sect. 4. p. 39. ſqq.*

4) Recte Ant. Schmidt in *Theſauro iur. eccleſiaſt. potiſs. germ. T. V. pag.* 30. „Varia, inquit, mihi tum notanda, tum rite diſcernenda eſſe videntur. Ius in primis legandi tum ſtatibus ſingulis, tum communi etiam quodam foedere coniunctis denegari non poteſt, quippe quod pluribus imperii legibus agnitum confirmatumque fuit.„

legibus ſcriptis non contineatur, ex iure gentium diiudicandum erit. Eſt vero admiſſio legatorum, nationum omnium conſenſu, humanitatis publicae pars merito grauiſſima, nec facile offenſa et hoſtilitas vlla maior habetur excluſione ipſorum 1), quippe quos inter diuerſas reſpublicas non inſcite velut medias manus dixeris, pacem et amicitiam vtrinque componentes, ſine quibus, cum ſemel coeptum eſt bellum, finiri, niſi plena internecione, non poterat. Iam ſi nolint vel Catholici omnes, in corpore ſpectati, vel eorum aliquis, recipere legatum a Corpore Euangelico miſſum, quam inhumane id facturi ſint, ipſi viderint, quam imprudenter, omnes quidem perſpiciunt. Neglecto enim hoc conciliandae pacis miniſtro ac interprete, iuſtae alterius partis querelae adeo pariter exſtingui non poſſunt, vt augeantur. 2) Neque vero

1) Hugo Grotius *de iure belli ac pacis L. II. Cap.* 18. §. 3.

2) Pergit igitur, cuius ſupra teſtimonium attuli, Ant. Schmidt: „ At enim ſecundo aliud eſt, an alius quidam ſtatus legatos eiusmodi inuitus in terris ſuis, imo ipſa aula, tamquam perſonas publico hoc charactere inſignitas, tolerare debeat; id enim vero ex principiis iuris naturae et gentium deſumendum eſt, quibus hic, cum legibus imperii nil ſpeciatim ſit definitum, inter ſe ſtatus vtuntur: ego hic adſentiendum putem Ill. *de* Martini *de iure ciuitatis* §. 662. vbi ait: „ Neque enim admiſſio legati ſemper eſt voluntatis, vt docet *Gundling*, nec ſemper neceſſitatis,

talis iniuriarum moles terminos non habet, ſed quanto maiora capit incrementa, tanto celerius peruieniet ad finem luctuoſiſſimum quidem illum, ſed neceſſitate vltima expreſſum ipſaque confirmatum pace Weſtphalica, quae ſpretis adhortationibus conſiliisque nouiſſimam ſuccedere vim bellicam praecipit. Fateor ergo ac prae me fero, non videre me quid habeat vel a iure vel a prudentia Corpus Catholicorum, quod legatos Corporis Euangelici detrectet.

vt vult *Daries*; ſcilicet a cuiusuis pendet arbitrio alterum domi ſuae recipere, cum eo colloqui, deliberare, paciſci: et ſine iniuria impediri nequeunt, ne cauſſam ſuam exponant, qui agunt de auertenda laeſione, veluti ſi de re dubia cupiunt tranſigere, rem repetunt ex foedere etc. „ Grauiter et maſcule Euangelici in litteris ad Palatinum electorem datis profeſſi ſunt: „ Status Euangelici können ſich durch dergleichen generale, mit nichts erwieſene Aſſerta ihre in iure naturae et gentium, auch Reichsſatzungen und beſtändiger Obſervanz beſtgegründete hohe iura nicht ſchmälern noch ſich hindern laſſen, ihre gemeine Angelegenheiten, wo es nöthig, durch eigene Abſchickungen communi nomine zu beobachten, wolten auch um ſo weniger hoffen, daß dieienigen, ſo an ſolcher Hitzigkeit ſchuld, es bei Ihro Churfürſtlichen Durchlaucht dahin bringen werden, bei des Evangeliſchen Corporis Gevollmächtigten das Völkerrecht zu brechen, als dergleichen Aufhebung des Commercii nothwendig allerlei ſchädliche Folgen und Inconvenienzien nach ſich ziehen müßte. „ SCHAUROTH *T. III. pag.* 14.

§. XXV.

Tertia denique ſpecies, longe omnium vexatiſſima, proponitur haec: *Num ab euangelicorum ordinum ad comitia legatis, ſimul, vt notum eſt, Corporis Euangelici negotia curantibus, publice quis huius corporis nomine mitti poſſit?* 1) quam quidem quaeſtionem anno huius ſaeculi viceſimo ſummis vtrinque ſtudiis agitatam eſſe nouimus. Miſſus videlicet hoc ipſo tempore ad Palatinum electorem erat Reckius, iniuriarum, quae religioni euangelicae palatina in prouincia illatae fuiſſent, quibusque is ſatisfacturum ſemet promiſerat, Corporis Euangelici nomine finem ac medelam poſtulaturus. Sed vix dum electoris ditionem ingreſſum, cuiusuis generis vexationes ac impedimenta exceperunt. Nec elector modo, verum Caeſar quoque impatientiſſime eum tulere. Perſtitit tamen Heidelbergae per quatuor annos, non ſine praecipua conſtantiae gloria, donec die XII. Aprilis MDCCXXIV. decreto Corporis Euangelici domum reuocatus, vltro inde ceſſit. 2) Iam vero inauditum illud ac monſtri ſimile dicebatur,

1) Prorſus id negat Schmidtius: „ Tertio eum, qui mere a legatis ſubdelegatur, vt ita dicam, quin ab ipſis ſtatibus hoc charactere ſit inſignitus, nemo tamquam legatum agnoſcere aut habere tenetur: vnde enim tam paradoxum ius probabitur? „

2) Breuem huius rei hiſtoriam dedit Moserus *T. X. pag.* 182. *ſqq.*

miſſum eſſe a legatis legatum 3); quod ſane ab ipſis Euangelicorum legatis nec fieri poſſe affirmatum fuit tum temporis, nedum vnquam factum eſt. Neque enim, quem ad modum et conditio rei docuit et iidem ſaepius profeſſi ſunt, legatum proprie ac vere talem, id eſt, qui dominum ipſum, cuius iuſſu miſſus eſt, repraeſentet, conſtituere Reckium, ſed tamquam perſonam publicam negotia rite ac legitime ipſi demandata conficere voluerunt, quo quidem nihil potuit fieri iuſtius. Idcirco enim auctoritate procerum euangelicorum congregantur legati corporis, vt, quicquid omnino pertinet ad iuuandam rem euangelicam, diligentiſſime curent. Quapropter vel per litteras exponere querelas ac poſtulata ſua, vel eumdem in finem publice aliquem mittere neutiquam prohibentur. Omnem denique, ſi quis fuerat, ſcrupulum pleniſſime exemit illud, quod id muneris Reckio iubentibus atque comprobantibus ordinibus euangelicis ipſis datum fuit. 4)

3) „ Von Legatorum iure legandi ſeye weder in denen Reichsſatzungen, noch in dem ſtilo imperii etwas ordentliches wiſſend „ et aliquanto poſt: „ daß man aber in dieſelbe mit dergleichen Abſchickung et legato legatorum, wie die jetzige, von ſolchen, welchen kein ius legandi gebühret, und ſo ſich wenigſtens bis dahin nicht legitimiret — — dermalen bringen wolle, ſolches könnten Sie nicht begreifen. „ Schauroth *T. II. pag.* 447.

4) Optime cauſſam ſuam egere Euangelici ipſi: „ Bei denen Evangeliſchen hat es disfalls gar nicht die

§. XXVI.

Illuſtratis nunc iis Corporis Euangelici iuribus, quae per ſe iam ex natura ipſius profluunt, ad ea progredior, *quibus*, licet haud perinde poſſint ex ipſa eius indole atque inſtitutione cognoſci, validiſſi-

Meinung, daß ein Legatus einem andern den characterem repraeſentatiuum domini communiciren könne. Gleichwie aber jeglichem Priuato erlaubet, einen andern ſtatt ſeiner zu ſchicken und ſeine negotia priuata per Mandatarium verrichten zu laſſen; warum ſolte nun nicht eine perſona publica die ihr obliegende negotia publica auf eben die Art durch einen abgeſchikten Gevollmächtigten verrichten laſſen dürfen, wann der Prinzipal damit zufrieden iſt, und noch vielmehr, wann er eſ expreſſe befohlen? Es kan gar keine einzige ratio dubitandi erſonnen werden; vielmehr erfordert ſolches communis vtilitas et neceſſitas, weil ſonſt der legatus ſeines Herrn Geſchäften nicht recht verrichten könnte, indem viele Fälle ſind, da derſelbe nicht in Perſon zugegen ſeyn kan; welches ſo viel mehr ſtatt findet, wann mehrere Geſandten in corpore, communi nomine, communia negotia ihrer geſammten Herren Prinzipalen an andern Orten zu tractiren haben; bevorab wann, wie in caſu praeſenti geſchehen, die Principales Ihren Geſandten ſolche Abſchikung ausdrüklich befehlen, da ja offenbarlich es eben ſo viel iſt, als wann es die Herren ſelbſt gethan. „ SCHAUROTH *T. III. pag.* 10.

mum tamen *in legibus imperii vſuque publico fundamentum eſt :* quae quidem poteſtate ac vi ſua magis, an numero conſpicua ſint, nemo facile dixerit. Communem eorum notam arbitror eſſe, quod *ad auctoritatem ac ſecuritatem Corpori Euangelico vel in praeſens vel in futurum quoque praeſtandam comparata ſunt vniuerſa.*

§. XXVII.

Iam ſi quis diligenter apud animum perpendat, in quo tandem poſita ſit *praeſens illa et omni tempore efficax Corporis Euangelici vis ac maieſtas*, aut mirifice fallor, aut in hoc potiſſimum continebitur, vt a maiore numero membrorum Catholici Corporis in ordinandis negotiis publicis non poſſit pro arbitrio huius, appendicis inſtar, circumagi trahique, ſed vt, quicquid iuris in imperio germanico illi competit, eodem et ipſum fruatur. 1) Haec regula, qua nihil in ſpeciem ſimplicius eſt, latiſſime patet, ingenti variorum iurium ſtipata comitatu, quae ſingillatim iam explicabo.

§. XXVIII.

Ac prima quidem illuſtrabitur ipſa illa *mutuae exactaeque inter vtriusque religionis corpora aequalitatis lex*, cuius haec vis eſt, vt, quicquid vni parti

1) Ill. Io. Christ. Maier im teutſchen geiſtlichen Staatsrecht, *P. I. Cap.* 7. *Sect. I. pag* 230. *ſqq.*

iuſtum fuerit, idem etiam alteri ſit iuſtum 1). Habuit illa cum initio ſtatim non minorem a neceſſitate quam ab vſu commendationem, tum etiam nunc vnice ad ſeruandam Germaniae ſalutem facit. Feralibus enim tricennalis belli flammis penitus ſopiendis non aliud remedium erat, niſi fomite ipſo diſcordiarum exſtincto. Nec tamen praeteritis tantum temporibus, ſed vltimae ſimul poſteritati prouiſum; quippe hoc vnice modo, longe omnium ſimpliciſſimo, quamdiu legibus honos habebitur, tutum erit aduerſus certaminum ciuilium procellas ac tempeſtates imperium. Largiamur etiam fieri potuiſſe, vt Catholicorum, tamquam numero ſuperantium, lautior quibusdam in rebus efficeretur per pacem Weſtphalicam conditio: quantis tamen cladibus eiusmodi inteſtini belli ſemina breui tempore interiecto Germaniam omnem ad internecionem vsque dilaceratura erant! Ecquid porro cogitari aequius poteſt iſta inter duas partes aequalitate, quae, quum coniunctim totum imperii corpus conſtituant, quamprimum tamen ſeparatae inuicem ſpectantur, abſolutae ſunt poteſtatis, ita quidem, vt neque dignatione neque vi alterutra praeſtet. 2) Quamuis

1) Ipſa legis verba haec ſunt: „ Inter vtriusque religionis electores, principes, ſtatus omnes et ſingulos, ſit aequalitas exacta mutuaque, quatenus formae reipublicae, conſtitutionibus imperii et praeſenti conuentioni conformis eſt, ita vt, quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum. „ *I. P. O. Art. V.* §. 1.

2) In primis ſtatim ad varias pacis formulas monitis teſtatum fecere Euangelici: „ Euangelici aequali iure cum

ergo verae aequalitati, ex numero membrorum aeſtimandae, inter vtriusque religionis corpora locus non ſit, ficta tamen intercedit, ſecundum quam pars quaelibet vniuerſe ſumpta, etſi paucioribus membris conſtat, iisdem, quibus altera pars, iuribus gaudet.

§. XXIX.

Hanc vero aequalitatem, quo magis ea, tamquam extremum malorum omnium, inuiſa Catholicis fuit, tanto conſtantius primam pacis legem et conditionem ſcripſere Euangelici. 1) Inde *per totum imperii ſtatum* vis eius ita ſe diffudit, vt nulla ſit alicuius momenti res, in qua non agnoſcatur. 2) Obtinet nimirum illa I.) in deputationibus imperii tam ordinariis, quam extraordinariis, ſiue ex vno

Catholicis de reipublicae iuribus participant, ſuntque maximi minimi, ſummi infimi, aequalia membra vnius imperii. —— —— —— Aequalitas mutua et reciproca tuetur ciuitates, ait Ariſtoteles II. Politic. 1. item II. Pol. 2. Amicitia ciuitatibus maximum bonum eſt, ſic enim a ſeditionibus maxime diſtrahuntur. „ IOAN. GOD. *de* MEIERN *Act. pac. Weſtphal. T. I, pag.* 747. *ſq.*

1) Joh. Chriſt. Maier's teutſches geiſtliches Staatsrecht, *P. I. pag.* 233. *ſq.*

2) SACRA LIBERTATIS ANCHORA §. 9. *ſqq.* apud SCHAUROTH *T. II. pag.* 43.

ſiue duobus aut tribus imperii collegiis, quacunque occaſione aut ad quaecunque negotia fiant. 3) II.) Vbi extraordinariis commiſſionibus negotia in imperio expedienda occurrunt, ſi res inter Catholicos et Auguſtanae confeſſionis ſtatus verſatur. 4) III) In cooptandis iudicii cameralis praeſidibus et aſſeſſoribus. 5) IV.) In diſcutiendis iudicandisque cauſſis tam politicis quam eccleſiaſticis, inter diuerſae religionis partes in iudicio vel camerali vel aulico agitatis. 6) V.) In ſupplicationis ad Caeſarem coram iudicio aulico inſtantia 7), denique VI.) Si forte in cauſſis maioribus et vnde tumultus in imperio timeri poſſent, quorumdam electorum et principum ſententias et vota requirere Caeſari libeat: 8) vt iam, quanta cum ſolicitudine in liberis imperii ciuitatibus mixtis eidem huic aequalitati per ſingulas partes conſultum fuerit, taceamus.

§. XXX.

Verumtamen ad ſeruandam inter vtriusque religionis corpora plenam aequalitatem efficacius nihil eſt

3) *I. P. O. Art. V.* §. 51.

4) *I. P. O. Art. V.* §. 51.

5) *I. P. O. Art. V.* §. 53.

6) *I. P. O. Art. V.* §. 53.

7) *I. P. O. Art. V.* §. 54.

8) *I. P. O. Art. V.* §. 54.

illo *in partes eundi iure*, quod ex hoc ipſo plenae aequalitatis fonte profluit 1) ac publicum Germaniae ſtatum, tot modis hiulcum vixque ſui ſimilem,

Frigida vbi pugnant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus,

feliciſſima libra ſuſtinet. Eſt vero hoc *ius in partes eundi*, ius vtrique corpori competens, in cauſſis, ad comitia imperii delatis, quandocunque voluerit, ſecedendi ab altera parte, diuerſam proferendo ſententiam eo cum effectu, vt ordinario per ſuffragia plurima concludendi modo ſublato, non niſi amicae inter vtramque partem compoſitioni locus ſit. 2)

1) SACRA LIBERTATIS ANCHORA §. 4. *ſqq.* apud SCHAUROTH *T. II. pag.* 43. Ipſi quoque Euangelici ſaepius id inculcarunt. „ Auch *ratio legis* (I. P. O. Art. V. §. 52. quo ius in partes eundi ſtabilitur) welche haben will, daß beide Theile gleiches Recht genieſſen und einer des andern arbitrio keineswegs unterworfen ſeyn ſolle. „ SCHAUROTH *T. I. pag.* 347. Et alio tempore: „ Ohne welches (id eſt, niſi ex praecepto Art. V. §. 52 tollatur vis maioris numeri ſuffragiorum) auch die Artic. V. §. 1. dicti Inſtrumenti pacis feſtgeſtellte aequalitas exacta inter vtriusque religionis ſtatus unmöglich beſtehen könnte. „ SCHAUROTH *T. III. pag.* 728.

2) Ill. IO. STEPH. PUTTER *Inſtit. iur. publ. germ. pag.* 174. *ſq.*

Iuuat in tanta re ipſa tabularum pacis verba hoc loco adponere: „ *In cauſſis religionis, omnibusque aliis negotiis, vbi ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, vt etiam Catholicis et Auguſtanae confeſſionis ſtatibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate.* „ 3) Hoc iure non ſtabilito nulla poterat inter vtramque partem cogitari aequalitas. Nam quum omnia in comitiis ex maiore numero ſuffragiorum conſtituantur, is vero ſemper penes Catholicos ſit, vnicum obtinendae aequalitatis remedium fuit, vt, quamprimum in contrariam ſententiam euntes diſceſſiſſent a Catholicis Euangelici, abrogato pluralitatis ſuffragiorum iure, nihil conſtitui, niſi per amicam compoſitionem poſſet. Quare aliter quoque definiri poteſt ius eundi in partes, id eſt, eadem, quam ſupra poſui; ſententia non iisdem explicati verbis. Namque recte etiam vocabitur beneficium iuris publici, fundatum in illa regula perfectae aequalitatis, quae inter vtriusque religionis partes intercedit, tendens ad declinandam laeſionem, ex pluralitate ſuffragiorum oriundam. 4) Preſſius adhuc neo

3) *I. P. O. Art. V. §. 52.*

4) Adfirmarunt Euangelici d. II. Septembris MDCCXII, in cauſſa Toggenburgenſi: „ Es wäre dieſes ire in partes ein beneficium iuris ad declinandam laeſionem ex pluralitate votorum generaliter competens. Wo demnach dieſe Laeſion geſchehen könnte, da müſte auch nothwendig das dagegen verordnete remedium ſtatt finden. „ SCHAUROTH *T. III. pag.* 729.

minus vere Hoffmannus s) ſtatuum imperii pauciorum contra votorum pluralitatis iniquitatem remedium illud dicit.

§. XXXI.

In tanto huius iuris in partes eundi momento repertos eſſe, qui vel manifeſta vi vel occultis fraudibus ſubuertere illud laborarent, non debebit mirum videri. Obſcuris enim et mediocribus infirmitas ipſa ſecuritatem praeſtat: maxima quaeque ſicut inuidiae ita periculis patent. Factum igitur vt, quae res per ſe omnium ſimpliciſſima eſſet, infelici calumniandi ſtudio diſtracta in *plurimas* ſenſim *quaeſtiones* ſcinderetur; quarum hoc loco velut titulos poſuiſſe contentus, doctrinae de iure eundi in partes ambitum omnem peculiaribus libris ſepoſui, quibus in vnum olim collectis totum hoc iuris publici Germaniae grauiſſimum caput pro virili a nobis illuſtrabitur.

§. XXXII.

Ac primo quidem diſceptatum de eo eſt: *Vtrum ad inſtituendam diſceſſionem vnanimia membrorum corporis, an plurima tantum ſuffragia requirantur?* quarum ſententiarum haec poſterior quem ad modum ſola rei euangelicae ſecuritatem praeſtat, ita rationibus inuictis nititur.

s) Diſs. *de voto Euangelicorum communi* §. 7.

§. XXXIII.

Nec minores de eo coortae ſunt lites: *Vtrum in partes eundi ius non niſi ad cauſſas religionis pertineat, an vero ei promiſcue potius ac ſine vllo diſcrimine cauſſarum in politicis etiam locus ſit?* Abeunt hac in re doctores iuris publici, prout partium fauor ſuaſerit, in varia opinionum diuortia. Catholici fere omnes ad cauſſas religionis adſtringendam putant iſtam diſcedendi facultatem, quo ſane nihil poteſt veritati apertius repugnare.

§. XXXIV.

Porro illa etiam quaeſita ſunt: *Num vel ſingulis in collegiis, vel ſuffragiis iam viritim latis, nondum tamen perfecto concluſo, ire ſtatus vtriusque religionis in partes poſſint?* Ad vtramque hanc quaeſtionem potior videtur adfirmatiua reſponſio.

§. XXXV.

Quaenam denique *factae in partes diſceſſionis vis ac poteſtas ſit?* tam perſpicue ipſi legis noſtrae verba declarant, vt, potuiſſe omnino hac de re vtramque in partem diſputari, merito mireris. Sola videlicet tunc amica compoſitio lites dirimit, nulla maioris numeri ſuffragiorum habita ratione. 1) Omnis praeter ea

1) Egregie haec illuſtrauit GOD. DAN. HOFFMANN *de voto Euangelicorum communi* §. 7.

ea ratio legis huc tendit, quae eſt plena inter vtramque partem aequalitas, cui coniunctum et inſeparabili vinculo adnexum illud eſt, vt vna parte ab altera diſſentiente, nihil ſuffragiorum vnius partis maior numerus valeat, verum per amicam compoſitionem tranſigendum ſit, quae ſi variis impedita difficultatibus locum non habuerit, cauſſa omnis, circa quam facta eſt diſceſſio, conquieſcit. Denique ipſius etiam ſanae rationis praeſidio cognoſcimus, quum duo ſint corpora, vtique in cunctis aequalia, eaque in complexu ſpectentur, de maiore numero ſuffragiorum ne cogitari quidem poſſe. Namque a qualibet parte vnum corpus ſtabit; non, vt in comitiis imperii, duo aduerſus vnum collegia. Nec Caeſar ipſe in iſto diſſenſu corporum, acceſſione ad alterutram partem facta, vt vincat ſententia eius, efficit; ſed monendo, variosque reſtaurandae concordiae modos proferendo, conſilii magis auctoritate, quam vi imperii valet. 2)

2) Ne cui videar hac in re

manibus magnum reſcindere coelum
Adgreſſus, ſuperisque Iouem detrudere regnis;

ipſa Caeſaris verba ſubiicio: „ So Status über ein und das andere ſich nicht vergleichen könnten, ſondern de corpore ad corpus tractiren wollten; ſo ſollte die Commiſſion im Namen Ihrer kaiſerl. Majeſtät Mittler ſeyn, und, wie vor dieſem geſchehen, die Sache zu vergleichen allen Fleiß anwenden.„ Staatskanzlei *T. XLVII. pag.* 228. Scite quoque Euangelici ipſi: „ So lange nun die Sache unter

§. XXXVI.

Haec fere ſunt iura, quibus pacato imperii ſtatu cunctisque tranquille et ordinate fluentibus Corpus Euangelicorum vtitur: quibus niſi copulata ſint et alia, quae periculis cum futuris tum praeſentibus proſpiciant, nihil profecto corpore noſtro, cuius tam diu ſtetit auctoritas, magis vel inefficax vel precarium cogitari poſſit. Quapropter ipſa haec *iura, quae ad incerta caſuum et propulſandas, ſi quae fiant, iniurias diriguntur*, vltimo loco explicabimus.

§. XXXVII.

Iam primum quidem magno Corpori Euangelicorum ac praeclaro aduerſus fortunae ludibria praeſidio eſt *ius foederum*, quo, quum ordines imperii vniuerſi atque ſinguli gaudeant, nec Euangelicos, in complexu ſeu corpore ſpectatos deſtitui, nemo vel

den Ständen verhandelt wird, ignorirten Ihro kaiſ. Majeſtät was unter denſelben geſchiehet: Wann aber davon etwas zu Dero Wiſſenſchaft gelanget, ſo pflegten ſich dieſelbe durch Dero höchſtanſehnliche Prinzipal-Commiſſion ins Mittel zu ſchlagen, aller Theile rationes zu vernehmen, und einem oder andern nach Befinden der Billigkeit zu zu reden, mithin Fried und Einigkeit zu ſtiften und ſolcher geſtalt die unter Handen habende Materien zum gemeinen Zwek und Nuzen einzuleiten." SCHAUROTH *T. I. pag.* 299.

partium ſtudio deditus vel omnium rerum expers adeo erit, vt negare audeat. Licita enim ſunt foedera quaecunque, dum modo non contra Caeſarem aut imperium eiusue leges publicas ineantur 1); quo quid poteſt eſſe alienius ab Euangelicis, ſolam religionis ſuae ac publicarum legum tutelam et ſecuritatem firmare facto foedere annitentibus. 2) Ac primam quidem horum foederum ſpeciem conſtituunt ea, quae *inter ipſos primores euangelicos contrahuntur*, ſi imminens aliquod periculum maioris curae illos admoneat et ad iungendos arctius animos inuitet. Illud vero periculum cuiusmodi eſſe oporteat, vt pangendo foederi occaſionem iuſtam praebere poſſit, ii ſoli conſtituunt, inter quos de feriendo foedere agitur, quum a nullius arbitrio ſuſpenſa ſit haec facultas. Ergo nec in contemtum ſui, aut ciendis diſcordiis tale foedus initum cuiquam videri poteſt, quoniam ſatis conſtat, eum, qui iure ſuo vtatur, iniuriam inferre nemini. 3)

1) *Cap. I.* §. 10. Vid. etiam G. S. Treuer *de Conſiliis Corp. Euangelici Cap. II.* §. 6.

2) Schauroth *T. I. pag.* 373.

3) Hinc Euangelici in litteris d. XXVIII. April. MDCCXXV. ad Caeſarem datis: „Zumal da auch aus beſagtem Inſtr. pacis Art. VIII. gaudeant etc. ohne allen Widerſpruch richtig, daß denen Ständen des heil. röm. Reichs indiſtincte erlaubet, Bündniſſe und Verträge unter ſich und mit Auswärtigen zu machen, wobei

Praeter ea omni tempore comprobauit magiſtra rerum hiſtoria, pluribus ſecuritatem quam diffidentiam exitio fuiſſe: vt, qui euangelicos proceres otio ſtudere non coeco et ſopito, ſed diuturno, quippe validiſſimo quodam firmato foedere, moleſtius tulerit, neſcio quo pacto pernicioſi alicuius conſilii prae ſe ferre indicia videatur. Secundo loco huc pertinent ea *foedera, quae a Corpore Euangelico pluribus abhinc ſaeculis, quotiescunque temporum ratio id expoſcit, cum exteris quoque ineuntur,* e quorum numero

nur das einzige requiſitum erfordert wird, vt fiant ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori et imperio obſtrictus eſt. „ SCHAUROTH *T. I. pag.* 793. atque *T. II. pag.* 785. „ Wobei es noch nicht bleibt, ſondern es wird in der Stände Recht, Bündniſſe zu machen, eingegriffen —— dergleichen nie würklich vorhin, auch ſogar zu Zeiten des Schmalkaldiſchen Bunds nicht (ob die kaiſ. Majeſtät zwar damals mit Aufheb- und Vernichtung ſolcher Bündniſſe gedrohet) geſchehen, und dieſes Recht der Stände in denen nachherigen Reichsſatzungen, inſonheit in dem §. Gaudeant etc. Inſtr. pac. Weſtph. auch in denen Wahlcapitulationen, vornehmlich Euer kaiſ. Majeſtät (Karl VI.) ſelbſt Art. 6. gar zu feſt geſtellet iſt, um glauben zu können, daß Euer kaiſ. Majeſtät Gefallen daran haben ſollten, daß die Verfaſſer des Commiſs. decreti dergleichen klare Dinge, welche zu keiner Contradiction zu ziehen, auf die Bahn bringen dürfen.„

non modo reges resque publicae euangelicae, ſed catholici etiam principes ſunt, quorum intereſt illaeſum ſeruari Germaniae ſtatum. 4)

§. XXXVIII.

Summa tamen Corporis Euangelici vis et auctoritas procul dubio ſita eſt in *modis tollendi iniurias, vel Corpori vniuerſo, vel nonnullis eius membris aliisue religioni euangelicae addictis, illatas*. Ecquid enim ad commodum et dignitatem ipſius leges ſpecioſiſſimae valeant, niſi acrioribus remediis earum violatio coërceatur? Quare perſapienter conſtitutum illud eſt, ſeruandis recuperandisque iuribus vel infractis

4) Documento huius rei eſſe poteſt *vnio*, de qua TOB. PFANNER in *Hiſtoria pacis Germano-Gallo-Suecicae Lib. I.* §. 10. *pag.* 30. „Et tracti vocatiue in partes ab *Vnionis* Popularibus (id ſibi nomen ipſi adſciuerant, *Correſpondentium* etiam titulo celebrati) Galliae, Angliae, Daniaeque reges, Veneti, Bataui, Pannones et Transſiluani: „ Aliud exemplum refert BURC. GOTTH. STRUUIUS in Corp. hiſt. german. Periodo X. Sect. IV. §. 47. „Proteſtantes igitur, vim a Caeſare metuentes, eodem anno (1531.) tertio Schmalcaldiae conueniunt, litterasque ad reges Franciae, Angliae, Daniae, maritimasque eius tractus ciuitates et ad alias imperii dant vrbes, de foedere cum ipſis pangendo. Dant omnes ſpem, nemine tamen ſubſcribente. „ Conferantur etiam David Georg Struben's Nebenſtunden, Th. *II.* Abh. *VII.* §. 6. *ſqq.*

vel penitus ereptis, quae ad hunc finem faciunt, omnibus vti adeo licere Corpori Euangelico, vt ne armis quidem abſtinendum denique ſit. At enim vero aliquanto diſtinctius haec tradenda erunt. In ipſo videlicet de perficienda pace Weſtphalica negotio abunde omnes intelligebant, hanc pacem, tot noua et varie variis ingrata complexam, ſtabilem nunquam fore, niſi validiſſimo quodam vinculo tutela eius adſtringeretur. Quam ob rem inter diuerſas partes, de quibus tunc actum, eam quoque de ſecuritate paci praeſtanda (*punctum aſſecurationis* vulgo dicunt) relatam fuiſſe nouimus. Prima ſtatim de pace propoſitio, a legatis Suecicis ipſis Calendis IuniiMDCXLV. exhibita, hanc in rem articulo XVII. ſequentia habet: „ Quodſi poſt pacem hanc initam contigerit vlli partium ea, quae in ſupra dictis articulis promiſſa ſunt, non ſeruari; teneantur reges regnaque Sueciae et Galliae atque vniuerſi Status Imperii, iunctis cum parte laeſa conſiliis ac viribus, arma ſumere ſine mora aut tergiuerſatione, ad repellendam iniuriam, ſtatim atque poſt menſem, ex quo fuerint ab iniuriam paſſo moniti. „ 1) Eodem quoque die a Gallis oblatae, in quas pacem conceſſuri eſſent, leges de iſta re articulo XII indiſtinctius cauebant: „ Quod ſufficienter prouidebitur ſecuritati tractatus in praeſentiarum faciendi, ita vt eidem in poſterum nequeat contraueniri. „ 2) Caeſareanorum ſequuta die XVII. Septembris MDCXLV, propoſitio iſtam formulam, non-

1) Ioan God. de Meiern *Act. pac. Weſtph. T. I. Libr. V.* §. 2. *pag.* 438.

2) Meiern. *T. I. Lib. V.* §. 3. *n.* 2. *pag.* 247.

nullis vel adiectis vel detractis, hunc in modum ſiſtit: „Ad articulum XVII. reſpondent Plenipotentiarii Caeſarei, quod ſi poſt pacem hanc initam contigerit, vlli partium vel foederatorum et adhaerentium ea, quae in ſupra dictis articulis promiſſa ſunt, non ſeruari, nec ea res intra ſpatium iam conueniendum poſſit amicabiliter componi, vel iuris diſceptatione terminari (quae tamen via, ne ſtatim ad arma concurratur, ſed chriſtiano ſanguini parcatur, ante omnia tentari et de modo eius iam tractari et concludi debet) teneantur tam vna quam altera pars, ita vt vtriusque partis foederati et adhaerentes, iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque, arma ſumere ſine mora aut tergiuerſatione, ad repellendam iniuriam, ſtatim atque poſt dictum ſpatium conuentum et rem non transactam vel deciſam, fuerint ab iniuriam paſſo admoniti, „ 3) Poſt plurimas hac de re conſultationes, variis propoſitis formulis, in ipſis Weſtphalicae pacis tabulis ſancita haec ſunt: „ *Teneantur omnes huius tranſactionis conſortes, vniuerſas et ſingulas huius pacis leges, contra quemcunque, ſine religionis diſtinctione, tueri et protegere, et ſi quid eorum a quocunque violari contigerit, laeſus laedentem inprimis a facti via dehortetur, cauſſa ipſa vel amicabili compoſitioni vel iuris diſceptationi ſubmiſſa.* 4) *Verum tamen ſi neutro horum*

3) Meiern *T. I. Lib. VI.* §. 20. *n.* 1. *pag.* 622.

4) Monet ad hunc locum Hennigesius *Meditat. ad inſtr. pac. Spec. IX. pag.* 1692. „ Continetur hoc loco *Garantia generalis*, vti vocatur in Receſſu Executionis Norimbergenſi §. 38. dum omnes huius

Digitized by Google

viodorum intra ſpatium trium annorum terminatur controuerſia : teneantur omnes et ſinguli huius transactionis conſortes , iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque , arma ſumere ad repellendam iniuriam , a

pacis conſortes ſpondent et promittunt , ſe omnes et ſingulas eius leges , contra quemcunque, ſine religionis diſtinctione, tuituros et protecturos , quod effectu iuris idem eſt , ac ſi de garantia pacis publice cauiſſent. „ Alia eſt *ſponſio ſpecialis* , quam Corpus Euangelicorum conuentionibus religionis cauſſa initis praeſtare ſolet , de qua videatur J. J. Moſer von der teutſchen Religionsverfaſſung *pag. 246. ſqq.* Ius ipſum egregie propugnarunt Euangelici in litteris die XXVIII. Aprilis MDCCXXV. ad Caeſarem in cauſſa Hohenloica datis , apud SCHAUROTHIUM *T. I. pag. 790. ſqq.* Inter cetera ibi : „ Da zumalen dergleichen Verſicherungen nicht als actus iurisdictionales, aus einer desfalls ſich anmaſſenden concurrentia iurisdictionis cum Caeſarea Maieſtate, Gebot oder Verbot zu geben, ſondern als actus ex iure pacti et vinculi ſtatuum inter ſe communis anzuſehen ſind. Es iſt iuris naturae, daß die in einem Corpore politico mit einander ſtehende membra ſich bei dem Genuß ihrer Freiheit und Gerechtſamen mutuo vertreten und ſchützen mögen, welches man heut zu Tage eine Guarantie nennet. Dieſes ius guarantiae competirt denen membris, wenn auch nichts deswegen paciscirt worden, weil es zu dem Hauptzwek der allgemeinen Sicherheit und Conſervation gehöret. Wann aber auch die leges einer

paſſo moniti, *quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit.* „ 5) Conſtituuntur ergo diuerſi *gradus*, per quos ad nouiſſimum illud auxilium deſcendi oporteat. *Prima* nimirum tentanda eſt *amica dehortatio*, qua laedentem monet laeſus, vt, omiſſa facti via, rem omnem vel iuris diſceptationi ſubmittat' vel amica compoſitione finiri patiatur. Qui labor ſi infructuoſus fuerit, *alter* gradus ſuccedit, vt per *trium annorum* decurſum laeſus quique partes eius fouent,

Republique ſolches deutlich erfordern, ſo iſt das vinculum obligationis deſto ſtärker. Daß nun die Reichs-Conſtitutiones die Stände ſamt und ſonders verbinden, ſich einander bei dem Genuß ihres aus ſolchen Conſtitutionen erlangten Rechts zu handhaben, und wirklichen Beiſtand zu leiſten, ſolches kan von Niemanden, der dieſelbe eingeſehen, in Zweifel gezogen werden. „ Vid. Io. Chr. Gui'l. Steck Diſs. *de garantia pactorum foederumue religionis ergo percuſſorum*, Hal. 1764. et David Georg Strubens Nebenſtunden *P. VI. pag.* 112. *ſqq.*

5) *I. P. O. Art. XVII.* §. 5. 6. Auctor claſſicus eſt David Georg Struben von der im Weſtphäliſchen Friedensſchluß erlaubten Selbſthülfe in ſeinen Nebenſtunden *P. IV. pag.* 289. — 354. et *P. VI. pag.* 161. — 224. Cui addendae ſunt *litterae* in cauſſa Hohenloica *die XXI. Aprilis MDCCLI.* ac *die XVII. Maii MDCCLII.* a Corpore Euangelicorum ad Caeſarem datae, apud Schauroth *T. I. pag.* 863. *ſqq.* et *T. III. pag.* 975. *ſqq.*

acquieſcant; quod videlicet tempus datum eſt ad tentandam duplicem illam vel diſceptationis legitimae vel amicae compoſitionis viam. Hoc quoque fruſtra facto periculo *tertius* denique ac vltimus gradus ſequitur, vt *omnes et ſinguli transactionis Weſtphalicae conſortes*, iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque, quamprimum *ab iniuriam paſſo moniti* fuerint, *arma ſumere ad repellendam eam teneantur*. 6) Iam vero hoc auxilii armati ius quum indiſtincte vniuerſis et ſingulis, ad quos pertinet pax Weſtphalica, non conceſſum modo, ſed validiſſima ſub obligatione iniunctum etiam ſit, adeoque iuris neceſſarii habeat rationem; palam eſt competere idem quoque Corpori Euangelicorum, vt equidem mirer verba omnium clariſſima vnquam alium in ſenſum accipi potuiſſe. Etenim armorum vim, ſi regulam ſpectes, in dirimendis inter ordines imperii germanici controuerſiis, plurimis acerrimisque prohiberi legibus, nemo negabit: 7) verum exceptionem capere in priori caſu hanc regulam tanto certius adparet 8),

6) Hos *gradus* ordine percenſent Euangelici in litteris de d. XVI. Nouembris MDCCXX. apud SCHAUROTHIUM *T. II. pag.* 769.

7) Ill. GEORG. LUD. BOEHMERI *Princeps S R. I. ius ſuum vi et armis tuens* §. 4. *et* 5. in IPSIUS *Electis iuris ciuilis T. II. pag.* 275. *ſqq.*

8) Optime *fundamenta huius exceptionis* enumerant Euangelici ipſi: „ Dieſes ihr (der Evangeliſchen Stände) wohlbefugtes Vertheidigungsrecht wird man auf viel

quo magis notum eſt in vectigalibus quoque vel nouiter inſtitutis vel aduerſus priſtinam priuilegii formulam extenſis idem prorſus obtinere. 9) Nec, quae a pernicioſa indole huius rei contrariam in partem ducuntur, rationes magnopere me mouent. Primum enim quoties de iure, quod eſt conſtitutum, non ambigitur, de eo, quod debebat conſtitui, quaerere ſerum eſt. Dein quamuis nihil a republica bene ordinata vi priuata et ciuilibus bellis alienius eſſe libens largiar, illud tamen pacis Weſtphalicae prae-

beſſerem Grunde gebauet ſinden, wenn man ihnen das gebührende Recht thun und ad fontes, woraus ſie hergeleitet, oder zu den fundamentis, worauf ſie gegründet ſind, recurriren will, welche das *Inſtr. pac. Caeſareo - Suecicum Art.* 17. §. 5. 6. *Art.* 16. §. 2. *Inſt. pac. Caeſareo - Gallicum* §. 115. *et* 116. der Friedens-Executions-Hauptreceß §. 3. Kaiſerliche Executions-Edict vom 7. Nov. 1648. *Arctior modus exſequendi* vom 2. März 1649. und endlich die im jüngſten Reichsabſchied befindliche *Confirmatio* alles deſſen in vim ſanctionis pragmaticae an die Hand gibt. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 763.

9) *Capitulat. Art. VIII.* §. 16. „ Und ſolle daneben einem jeden Churfürſten, Fürſten und Stand (die freie Reichsritterſchaft mitbegriffen) erlaubt ſeyn, ſich und die Seinigen ſolcher Beſchwerden ſelbſt, ſo gut er kan, zu erledigen und zu befreien. „ Vid. quoque §. 20.

ceptum verbis quam re ipſa triſtius horridiusque non ipſe tantum iudico, ſed inprimis etiam teſtis temporum hiſtoria euincit. Inde enim ab an. MDCXLVIII. ob conditam pacem memorabili, vſque ad annum huius ſaeculi quinquageſimum, licet in tanto aliarum ſuper alias aceruatarum iniuriarum cumulo, nullus iſtius iuris vſus fuit. 10) Plane igitur euentus cum ratione legis conſpirauit, quam in eo arbitror ſitam fuiſſe, vt mutuo metu propoſito a violationibus vtrinque abſtineretur. Quodſi tamen ad nouiſſimum illud vis armatae auxilium deſcendere aliquando iubeat vltimum ac maximum telum neceſſitas, nec Euangelici Corporis vitio id euenit 11) et ſatis

10) Hinc Euangelici in litteris ſupra laudatis de d. XVII. Maii MDCCLII. „ Wie ungerne ſonſt, allergnädigſter Kaiſer und Herr! man Evangeliſcher Seits an eine ſolche äuſſerſte Nothhülfe komme, weiſet die That darinnen aus, daß bei denen faſt unzähligen Religionsbeſchwerden, ſo der katholiſche Theil denen evangeliſchen Glaubensgenoſſen nun von einem *Saeculo* her unaufhörlich zugefüget, der Weg der Widervergeltung nur ein einzigmal, um die Reſtitution der heil. Geiſt-Kirche zu Heidelberg zu bewerkſtelligen, und die Selbſthülfe gleichfalls nur in dismaliger Hohenlohiſchen Sache zur Hand genommen worden. „ SCHAUROTH *T. III. pag.* 979.

11) Iisdem in litteris grauiſſime Euangelici: „ Bei ſolcher Bewandniß geben Euer kaiſ. Majeſtät gerechteſtem Gemüthe zuverſichtsvoll Evangeliſche Stände zu beur-

humanarum rerum conditione imperfecta excuſatur. 12)

theilen, wem von beiden Religionstheilen hierunter Reichs- Verfaſſungswidrige und Ruhe- ſtöhrende Abſichten beizumeſſen? dem Evangeliſchen Theile, welcher in geraden, von denen Reichsgeſezen gebahnten Wegen wandelt, und denen allerhöchſten kaiſ. Verordnungen den geſezmäßigen Nachdruk zu geben ſich bemühet? oder vielmehr dem Catholiſchen, welcher denenſelben durch gefliſſentliche Widerſtrebung widerſpricht, und ſolche alleſamt zu vereiteln, damit alle Rechtsſprüche und Richter im Reiche aufzuheben, willkürliche Gewalt einzuführen, und hierdurch das Inſtrumentum pacis Weſtphalicae, als das Band des Friedens und der Einigkeit zwiſchen beiden Seiten, recht gefliſſentlich zu zerreiſſen ſucht?„ SCHAUROTH *T. III. pag.* 978.

12) Nihil hanc in rem melius dici poteſt, quam quod monuit STRUBIUS in den Nebenſtunden *P. IV. pag.* 304.„ Was das Unheil anlangt, welches die Selbſthülfe fürchten macht, ſo räume ich ein, daß es daraus entſtehen kan. Keine Regierungsform iſt aber vollkommen, und in allen Reichen, worin die Stände beträchtliche Freiheiten genieſſen, gibt es mehr innerlichen Streit, als in denen einer deſpotiſchen Gewalt unterworfenen Landen. Würde ſich aber wohl jemand getrauen, den Ständen ſolcherwegen anzurathen, ihrer Freiheit zu entſagen und ſich einer

§. XXXIX.

Clarius illuſtrabit haec omnia exemplum, quod aetas noſtra vidit anno MDCCL. Fluxere nimirum a gente Hohenloicorum comitum olim, nunc principum, plures familiae, partim Auguſtanae confeſſioni, partim romanis ſacris addictae. Sed per decurſum anni decretorii vtique per illam prouinciam euangelicae religionis cultus obtinuerat, cuius ſecuritati magis etiam inſequuto tempore per pacta gentilitia prouiſum. Nihilo tamen minus cunctis modis ille a principibus catholicis neglectus euerſusque. Mox a ſummo Caeſaris tribunali lata a. MDCCXLIV. ſententia iis iniunctum, vt res omnes in priſtinum ſtatum reducerent, quod ni vltro eſſent facturi, circuli franconici rectores id muneris exſequerentur. Sed dilatum praeter exſpectationem negotium, interpoſito a principibus Hohenloicis reuiſionis remedio; quod naturae rei ac legibus imperii repugnare intelligentes Euangelici quum nihil inter ea remiſſum e contumacia eſſet, elapſo tempore definito, anno MDCCL. vltima experiri decreuerunt, adhibente

willkürlichen Gewalt zu unterwerfen? Mit dem gegentheiligen Argument kan man aller Staaten ius belli anfechten. Deſſen Gebrauch veranlaſſet auch manches Uebel. Es iſt aber ein nothwendiges Uebel, und man muß entweder die Gefahr laufen, indem man ſich ſelbſt Recht ſchaffen will, mehr Unheil zu veranlaſſen als abzuwenden, oder ſich auf Discretion ergeben und geduldig zuſehen, wenn uns andre das unſrige nehmen, oder gar überwältigen. „

iuſtiſſimum rigorem Onoldino Marchione. 1) Ortus ſtatim per Germaniam inuidioſiſſimus clamor: „ concidiſſe vim imperii, quando non iure, ſed armis ſtatim ac caedibus tranſigatur. Eo recenti licentia ventum, vt, quod apud incultas gentes ſumma poenarum acerbitate coërceatur, idem in imperio, ſapientiſſimis munito legibus, non impune tantum, ſed cum laudibus etiam fiat. Quapropter non aliud nunc hoſtibus imperii antiquius votum eſſe, quam vt, nullo ipſorum periculo, ſuis illud viribus dilaceretur. Euerſuros patriam virorum fortium Germaniam non Gallos, toties caeſos fugatosque, non Turcas, ab incredibili potentia extremas in anguſtias deiectos, ſed principes ipſos et optimates, infelici factionum certaminumque ſtudio abreptos. „ Haec aliaque publice ac priuatim iactata. Grauius tamen illud, quod Caeſar ipſe, maieſtatem imperii ſui non mediocriter iſta re violatam exiſtimans, quicquid actum fuerat, pro irrito haberi iuſſit. 2) Sed quam in decernenda vi conſtantiam exhibuerat Corpus Euangelicorum, eadem illatam illam defendit grauiſſime, ſcriptis ad Caeſarem litteris, quibus de illo, quod ipſa pax Weſtphalica inſtituat, vindictae armatae

1) Latiſſime vniuerſa haec complectitur SCHAUROTHIANA *Collectio T. I. pag.* 786. — 856. et 863, *vsque ad finem.* ac *T. III. pag.* 965. — 990.

2) *In decreto commiſſ. caeſar. de d. XXX. Octobris MDCCL.*, quod poſtea repetitum in *decreto de die XXI. Ian. MDCCLII.* SCHAUROTH *T. III. pag.* 367.

iure abolendo, praeter ſas et aequum, contraque fidem legi regiae a ſe obligatam egiſſe, ſatis aperte arguebatur. 3)

§. XL.

Coniunctum huic eſt *ius talionis*, ſeu, quod inconcinne vulgo dicunt, *repreſſaliarum.* 1) Iam primum

3) Verba Euangelicorum in litteris die XXI. Aprilis MDCCLI. ad Caeſarem datis, haec ſunt: „ Und eben in Gefolge dieſer patriotiſchen Geſinnungen finden deren (Evangeliſchen Churfürſten, Fürſten und Stände) Räthe, Bothſchafter und Geſandte ſich ausdrüklich und gemeſſen befehligt, Euer kaiſ. Majeſtät in geziemendſter und allertiefſter Submiſſion zu erkennen zu geben, daß *Corpus Euangelicorum* durch mehr angezogenes *Reſolutum* vom 30. *Octobr.* von dem einmal eingeſchlagenen Wege, der im Friedensſchluß beſtgegründeten Selbſthülfe, ſich nicht abwendig machen laſſen könne, ſondern ſelbiges, und die dabei wieder den klaren Buchſtaben des Weſtphäliſchen Friedens ſich angemaßte Interpretation deſſelben mit den Worten des *Art. II.* §. 5. Euer kaiſerl. Majeſtät Wahlkapitulation für ungültig und unverbindlich —— halten müſſe. „ SCHAUROTH *T. I. pag.* 873.

1) Plurimis et inuictis argumentis hoc ius ſibi vindicarunt Euangelici apud SCHAUROTHIUM *T. II. p.* 761. *ſq.*

primum quidem ſi curioſius in poteſtatem verborum inquiramus, inter *retorſiones* ac *repreſſalias* diſcrimen aliquod intercedere adparebit. Illa ſane communis nota, quod eodem iure iniquo, ab altero aduerſus nos ac noſtros conſtituto, in ſimili caſu aduerſus ipſum etiam ſuosque vtimur. Fit ergo, vt paucis rem complectar, vtroque in caſu iuris iniqui, erga nos et noſtros conſtituti, mutuus vſus, qui ſi adhibita vi peragatur, *repreſſaliarum*, ſin ſecus, *retorſionis* recipit appellationem. 2) *Illas* iure belli aeſtimamus: *haec* naturali aequitate ac legibus ciuilibus nititur. 3)

vt nihil illi omni diſputationi vel addi a quoquam vel detrahi poſſit. Eamdem materiam breuiter quidem, ſed more ſuo, id eſt, erudite tractauit Dav. Georg Struben in den Nebenſtunden *P. IV. pag.* 345. *ſqq.*

2) Strubius *loc. cit. pag.* 348. Ergo, ſi verae verborum poteſtati inſeruiamus, non *repreſſaliarum*, ſed *retorſionis* iure, propter vexationes Euangelicis palatina in prouincia illatas, vſi ſunt magnae Britanniae ac Boruſſiae reges. Vid. Idem *pag.* 349. *ſq.* Quod ipſi quoque Euangelici innuunt: „ Und da nenne man es jodann *abuſiue* Repreſſalien, oder aber *retorſiones iuris iniqui*, „ Schauroth *T. II. pag.* 763.

3) Aug. Leyseri *Meditat. ad Pandectas Spec. XXX. Med.* 7. Strubius *l. cit. pag.* 348. Spectant huc ſequentia Euangelicorum: „ daß es (das ius repreſſaliarum) ein auxilium et remedium

§. XLI.

His praemiſſis inter eiusdem reipublicae ciues *ſecundum regulam* non licere vti repreſſaliis non modo ratio ſana docet, verum etiam imperii leges confirmant, vt quae poenas grauiſſimas in eos ſtatuunt, qui priuato auſu ipſi ſibi ius dixerint. 1) Sed

extraordinarium ex lege et ſanctione pacis in locis ſupra allegatis iſt und bleibet, vermittelſt deſſen allen und jeden huius transactionis conſortibus nicht allein frei ſtehet, ſondern auch dieſelbe verbunden ſind, vniuerſas et ſingulas huius pacis leges contra quemcunque, ſine religionis diſtinctione zu handhaben und zu ſchüzen, iunctis etiam caſu exigente cum parte laeſa viribus et armis. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 763.

1) GE. LUD. BOEHMERI *Princeps S. R. I. ius ſuum vi et armis tuens*, §. 4. *ſq.* in *Electis iuris ciuilis T. II. pag.* 275. *ſqq.* Neque in mentem vnquam venit Euangelicis dubiam reddere huius aſſerti veritatem, quod quidem abunde confirmant ſequentia: „ Daß Repreſſalien *regulariter* verbothen und kein ordentliches gewöhnliches Mittel ſeye, Recht zu erlangen, noch in republica bene ordinata zu dulden ſey, daß auf die geringſte wahre oder vermeinte Beleidigung man ſofort zum Schwerd oder andern Thätlichkeiten greiffe und ſein eigner Richter werde, iſt eine gnug bekannte Sache, zu deren Beweiß ſo viele Textus, als zu dem Ende haben accumuliret

quum vrgente vltima neceſſitate vel bellicam vim ex praecepto pacis Weſtphalicae, *per modum exceptionis* rite adhibeat Corpus Euangelicorum; idem etiam repreſſaliis, licet diſertis verbis de iis cautum nihil ſit, quoniam tamen vim grauiorem quodam quaſi benignitatis temperamento excluduut, tamquam minori malo, vti poſſe, facillime intelligitur. 2) Quidni

werden wollen, überflüßig und auf die abgenöthigſten evangeliſchen Defenſions-Verfügungen gar nicht applicabel ſind. „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 762.

2) Dav. Georg Struben's Nebenſtunden *P.IV. pag.* 347. AUG. LEYSER *Meditat. ad Pand. Spec. XXX. Med.* 5. Inprimis vero Euangelici ipſi: „ Dieſes vorausgeſezt, will man — — ein wenig beleuchten, ob es dann, wenn man auch zugeben wollte, Repreſſalien verhängt zu haben, im römiſchen Reich teutſcher Nation ſo gar etwas unerhörtes und ungewöhnliches ſey, mit Repreſſalien und Retorſionibus iuris iniqui ſich zu ſchüzen, und ob es etwas ſo allerdings gefährliches und unjuſtificirliches ſey, aus denen Mitteln und Wegen, welche das Inſtrumentum pacis allen und jeden pacis conſortibus ſo gar ohne alle Ausſchlieſſung in die Hände gibt, daß auch vis et arma ad repellendam iniuriam vor zuläßig erklärt werden, Repreſſalien oder *Retorſiones*, als die leidlichſten und gelindeſten, auch am allerleichteſten zu remediren ſtehenden, folglich *in effectu* die unſchädlichſten zu erwählen. ? „ SCHAUROTH *T. II. pag.* 763.

enim cui plus licet, id, quod minus eſt, non liceat? Plurimis praeter ea exemplis non modo a principibus imperii, ſed ab ipſo Caeſare agnitum ſaepius fuiſſe ius repreſſaliarum edocemur. 3) Mirum ergo haud immerito Corpori Euangelico viſum, retorſiones propter iniurias Palatini electoris in prouinciis auguſtiſſimorum Magnae Britanniae ac Boruſſiae regum factas tam moleſte tuliſſe CAROLUM VI. Caeſarem, vt acerrimum illud edictum 4) in comitiis proponeret, quod Corpori Euangelico plane funus ducere ex deſtinatione ſcribentium debebat, ni conuerſione rerum facta illuſtrandis explicandisque eius iuribus vberrime idem cumulatiſſimeque inſeruiſſet. 5) Itaque hoc etiam exemplo confirmatum illud eſt: veritatem, quo diutius validiusque oppreſſa variis artibus lateat, hoc deinceps laetius effloreſcere, tantoque magis conſpici, ſi non per plana duntaxat et amoena ducatur, ſed aliquando etiam in ancipitibus et confragoſis, vbi omnis error conciderit, inter procellas ac tempeſtates ſtet inconcuſſa.

3) SCHAUROTH *T. II. pag.* 774. *ſq.*

4) De d. XII. Aprilis MDCCXX. apud SCHAUROTH *T. II. pag.* 641 — 655.

5) Praebuit enim occaſionem litteris Corporis Euangelici de d. XVI. Nouembris MDCCXX. quas *Cap. I.* §. 7. meritiſſima laude ornauimus. Exhibet eas SCHAUROTH *T. II pag.* 759 — 808.

VA1 151 6941